 so. vnus est salus electoz. alius diui-
 na laus. Quia ergo pmissis ma-
 lo: um reddit electos gloriosiores
 p occasione. Et deus non curat
 vtrū p causam vel p occasiones
 gloria electoz augeat. Ideo deus
 pmittit recte mala fieri. Nam p
 sumi mali bonis eos exercitādo
 Et ideo dicit Aug⁹ li. de lapsu
 mundi. qd pmissi de⁹ plures esse
 malos. qz si pauci essent: non au-
 derent exercere bonos. Diuina
 etiā laus erigit vt pmittat deus
 mala fieri. qz occasiōe mali sum-
 me manifestat misericordia in ele-
 ctis in filij vniūgeniti donatione
 p inimicis sūm tps. Summe etiā
 manifestat dei iusticia in eterna
 punitione reproboz. **C** Sicut cō-
 tra p̄dicta aliquis posset instare
 s̄ p̄mo qz glo. sup illo verbo ad
 Roma. i. Nō solū qui faciunt dis-
 gni sunt morte: sed qui p̄sentunt.
 Cōsentire inq̄t est facere cū pos-
 sit arguere. s̄ deus posset argue-
 re impediendo malū: q̄ nō debz
 malū pmittere. **S**ecundo qz Aug⁹
 xix. li. de ciui. dei. c. xvi. ait. Ad in-
 nocētis officiū p̄tinet nō solum
 nemini malum inferre: s̄ etiā a
 peccato cohibere. Ergo si deus
 nō cohibet cū possit: nō est inno-
 cens. **T**ertio oēs virtutes n̄re
 debent habere exēplar in deo.
 s̄ in nobis est virtus zeli: q̄ et in
 deo. Sed zelus quantū p̄t ob-
 tuat peccato. q̄ si deus habz zelū
 quantū p̄t. debz obuiare pecca-

to. **C** Ad primā r̄ndz Bonauē.
 qd pmittere malū p̄t esse duplici-
 citer. **S**icut non cohibendo ma-
 lum vel animū nec in facto nec
 in retributione et sic cōsentire est.
Sicut non cohibendo malū: sed
 tū puniendo transgressorē et ar-
 guendo p̄tinue. et sic nō p̄sentit.
 Et h̄ modo deus pmittit et non
 p̄sentit. **C** Ad sc̄dm de innocente
 qui debet inibere deū qd illud
 intelligit de cohibitione quantū
 ad argutionē et punitionē: non
 aut quantū ad voluntatis coactō-
 nē. **C** Ad tertium de zelo dicit qd
 zelus debet obuiare peccato sal-
 uosure iusticie et iusticia p̄t est
 ordo vniuersi hoc erigit vt deus
 pmittat hoīem ire s̄m imperius
 sue voluntatis. **C** Tertium dubiū
 fuit vtrū deus possit p̄cipere mala
 culpe. R̄ndet Bonauē. vbi. s̄. qd
 h̄ p̄t dupliciter intelligi. Aut qd
 deus p̄cipiat malū manens ma-
 lū. Aut itaqz p̄cipiendo faciat bo-
 nū. **C** Primum simpliciter est im-
 possibile. **S**ecundo v̄o aliquomō
 est possibile s̄ nō oīno. **E**t enī
 aliqd malū in se: et aliqd malum
 s̄m se. **A**d malū in se p̄t fieri bene
 Ad aliū s̄m se nullo mo p̄t fieri
 h̄mō h̄ intelligere qd fiat b̄n̄ ē
 itelligere qd idē sit malū et bonū
 p̄t q̄ dici qd de⁹ p̄t p̄cipere ma-
 lū in se: et nō malū s̄ se. qz nichil
 p̄t p̄cipere cū bonū sit postqz p̄ce-
 ptū est: et illud est malum in se: nō
 aut s̄m se. **N**ō p̄t illud p̄cipere et
 nō aliud. **S**icut dicit Bern. in li. de p̄cepto et dis-

p̄satiōe. q̄ de' p̄t disp̄sare in
 p̄cepti sc̄de tabule ⁊ nō p̄ine. q̄a
 in p̄ceptis sc̄de tabule quāta ē
 de rōne p̄cepti p̄cipit ordinatio
 ad p̄mū ⁊ p̄hibet de ordinatō
 ad eundē. De ordinatio autē re-
 sp̄ctu p̄mū nisi sit de ordinatio
 respectu dei malū est in se. In p̄-
 ceptis ergo sc̄de tabule dispen-
 sat deus ⁊ p̄tra illa p̄t precipere
 Nec ex hoc sequit̄ q̄ p̄cipiat cō-
 traria: quia mandatum speciale
 absoluit a cōi. vñ extra d̄ rescrip.
 c. i. d̄. Sp̄ale mādātū d̄rogat ge-
 nerali. In p̄cepti autē p̄ie tabule
 nō p̄t de' disp̄sare: q̄ eoz oppo-
 sita sūt mala s̄z se. Sp̄a em̄ p̄cep-
 ta dicūt ordiatōs ad d̄ū sic i fine
 d̄ sua rōe ⁊ eoz opposita d̄ ordia-
 tōs. Et iō si d̄m p̄cipet: p̄cipet d̄
 se. Contra se autē nō p̄t facere. Et
 si ista p̄cipet cuz sūt mala s̄m se
 ita q̄ nullo mō p̄nt bñ fieri. Aut
 de' vellet malū qd̄ ē icōueniens
 Aut ip̄one fieret malū: aut idem
 esset bonum et malum. quoz v-
 trūq̄ ē icōueniēs simpl̄. Et ex
 dict̄ d̄cludim̄ q̄ p̄ctōres nō p̄nt
 excusare maliciā suā rōe dei iu-
 ste ac sapiēter p̄ctā p̄mittētis.

¶ Qd̄ irrōnabil̄ ē excusatō p̄cti
 cū hoim̄ culpa refer̄ ad influen-
 tiam siderū q̄ liberuz arbitrium
 astringere non possunt neq̄ ad
 bonū neq̄ ad maluz. Caplin. ij.

Quidam excusatio pec-
 cati est sideris influenti-
 e.

Ad tantam quippe insa-
 viam aliqui astronomi deueni-
 unt ut fateri non erubescant

vicia hominum ab influentia
 planetarum et siderum disposi-
 tione causari. ¶ Ad quoz con-
 fusionē notandū sc̄d̄ Bonauē-
 turā in. ij. di. xij. Qd̄ mores ho-
 minū causari a siderib' p̄t itel-
 ligi dupliciter. Aut necessario et
 sufficiēter. Aut dispositiue ⁊ cō-
 tingēter. Si primo modo dicat̄
 sic nō t̄m̄ ē falsuz imo ē hereticū
 ⁊ dyabolicū figmētū triplici rōe
 ¶ Prima quia repugnat xp̄ia-
 ne religioni.

¶ Sc̄da q̄ repugnat sensui.

¶ Tertia q̄ repugnat rationi.

¶ Prima rō est q̄ repugnat xp̄ia-
 ne religiōi dū est p̄tra veritates
 fidei ⁊ honestatē mox vitas eū
 fidei in h̄ errore saluari nō p̄t.
 Dū em̄ ponit oia n̄c̄s a sideri-
 bus euenire tollit meritū ⁊ p̄ cō-
 sequēs p̄mū tollit gr̄am ⁊ p̄ cō-
 sequēs gl̄iam. Honestas etiam
 mox p̄ hunc errorem p̄iudiciū pa-
 titur: dū culpa peccant̄ in sidera
 refundit ⁊ licentia malefacēdi
 sine rephensioe d̄cedit: ⁊ homo
 ad orandū ⁊ colendus sidera in-
 curuatur. Et iste est finis hui'
 erroris pessimi. q̄ ad idolatrias
 p̄ducit. ¶ Sc̄da ratio est quia
 tenere mores hominuz necessa-
 rio euenire ab influentia plane-
 tarum repugnat sensui. Sensibi-
 li em̄ experientia in eadē constel-
 latōe d̄ceptos ⁊ natos videm'
 diuisificari in morib' ⁊ exercitijs
 ⁊ euentib' ⁊ natalib' p̄p̄ctatib'

Et istud manifeste apparet in Isaac et Esau qui simul fuerunt concepti et nati: et tamen in omnibus hijs sunt diversificati. Apparet etiam quod in eadem constellatione nascitur filius regis et filius rustici. Nascitur homo et asinus. Nascitur femina et masculus et tamen habent dispares mores. Ideo Gregorius in omelia epiphaniae ait. Sic fateri mathematici solent quod quisque sub signo aquarii nascitur in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. piscatores ut fertur gethulha non habet. Quis igitur dicat quod nemo hic sub stella aquarii nascitur ubi piscator omnimode non habet. Dicunt etiam quod qui sub signo libere nascuntur trapezite futuri sunt. In multis autem locis sub libra multi nascuntur ubi trapezite penitus ignoscuntur. Augustinus etiam li. v. de ci. dei. c. vi. dicit se novisse geminos diversis sexus: quod trapezitas masculus alia femina quibus diversi erant mores et conditiones. Et si diceretur quod unus post alterum conceptus fuit: dicitur ibi Augustinus. Quia nature vis est ut cum concepit femina deinde alterum concipere oio non possit: unde necesse est eade esse in gemis momenta conceptus. Sed astronomi in hoc contradicunt Augustini dicentes quod in pregnatio fieri potest per impregnationem. Nam Aristoteles ix. de animalibus dicit quod mulier eodem die cum viro et ad altero iacuit et quod ex utroque conceperit: quod quidem per signa dicit fuisse comprehensum cum alter sibi viro fuerit. Alter representaret adulterum. Hieronymus has pretiones re-

linquentes negare non possumus quoniam et sepius tamen gemini quam alij eodem puncto concipiunt. Tertia ratio ostendens falsas opiniones que dicitur necessario mores hominis aversideri evenire est quod repugnat rationi dum superioribus proponit inferiora et in se implicat contraria. Et enim homo astris et quibuscumque celestibus corporibus prestatior et dignior. Unde scriptum est deuteronomio iii. c. Solem et lunam et omnia astra celi creavit dominus deus in mysterium cunctis gentibus que sub celo sunt. Idcirco Gregorius in omelia ait. Quia quippe hominum solus qui creavit ditor administrat. Non enim propter stellas homo sed propter hominem stelle facte sunt. Hec etiam opinio ponit duo in apponit enim astra veneranda et obsequanda constellationes. Quia autem necesse est homini evenire secundum constellationes aut non. Si non: tunc astra non sunt timenda. Si sic: ergo astra non sunt veneranda. Item autem evenit homini secundum constellationem in suo ortu exigit. Aut non. Si sic: ergo frustra sunt constellationes obsequande in actibus: cum primo secundum primam constellationem necessarium sit ei bonum vel mala evenire. Si non in prima constellatione. Sed pari ratione nec in sequentibus. Sed nulle sunt observande. Idcirco Augustinus li. v. de ci. dei. c. v. ait. Quod singulari stulticia eligitur dies ut ducatur vxor. Et ideo propterea quod potest in die non bonum nisi eligatur incursi et infeliciter duci: ubi est quod nascendi iam sidera

decreuerunt. Si autem dicat mores hominum a dispositione siderum variari dispositiue et contingenter sic patet hinc veritatem: quia nec rationi nec fidei repugnat. Manifestum est enim quod dispositio corporis varia in se facit ad variationem effectuum et morum anime: ut plerumque enim anima complexionis corporis imitatur, unde colerici sunt dispositi ad iracundiam: sanguinei ad benignitatem: melancholici ad liuorem: flegmatici ad pigritiam. Hec autem non sunt necessaria. Anima enim datur suo corpori maxime quoniam est adiuta per gratiam. Multos enim videmus colericos mansuetos et melancholicos benignos. Quoniam igitur virtus corporum celestium operatur ad mixtionem et qualitatem complexionum hinc est quod per consequens operatur quodammodo ad qualitatem morum valde tamen de longinquo. Primum facit ad qualitatem complexionis virtus nature inferioris quam virtus siderum. Cuius Augustinus in solutione cuiusdam questionis libro v. de ci. dei de duobus geminis qui simul infirmabant et curabant: unde hoc pueniebat. Adagis commendat rationem Hippocratis phisici quam astronomi. Hippocras enim dicit quod erat propter identitatem et similitudinem complexionis. Astronomi quod erat propter identitatem constellationis. Melius enim dicit Hippocras: quod cum dedit magis propriam et magis propriam. Quare non valet se excusare peccatores ex influenza celi. Et ut inquit Thomas in ii. secundum gentiles. Si aliquae stelle essent causa malorum sequeretur quod essent maleficia

erices quod falsum est. Manifestum autem esset tales a natura. Et sic dominus qui dedit eis talem naturam esset malus: quod impissimum est dicere. Aut essent male a voluntate: quod haberet malam voluntatem: quod similiter est falsum cum nulla anima sint anime.

Quod non valet excusatio eorum qui dicunt tamen peccati fore naturam inclinantem cum ex parte anime ipsa semper inclinaret ad bonum.

Tertia excusatio 2a. iij. peccati est nature inclinantis. Dicunt enim nonnulli quod homo inclinatur ab ipsa natura et naturaliter ab ipso appetitu sensitivo ad peccandum. unde xx. q. i. c. Omnis etas ab adolescentia propria est ad malum. Sed hec excusatio minima est. quoniam beatus thomas in ii. q. x. articulo tertio. refert quod passio appetitus sensitivi non necessitat ad peccandum. Quia enim in homine sunt due nature. scilicet intellectualis et sensitiva quoniam pars sensitiva totaliter subicitur rationi. Sicut contingit in brutis. Quoniam econverso ratio totaliter absorbetur a passione. Tamen remanet aliquid rationis liberum. Et tamen hoc potest vel totaliter voluntas rationem repellere vel saltem se tenere ne passionem sequatur. Unde in genesi. in. c. dicitur Subter te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius. ubi glo. Sub te erit appetitus sensitivus tuus: quia liberi arbitrii es. Propterea moneo ut peccatum non dominetur tibi: sed tu peccato. Tamen subditur. Et tu dominaberis illius

id est dñari debes illi ne peedas
in acū. ¶ Propterea inq̄t seneca
ad lucillū. Erras em̄ si existimes
nobiscum vicia nasci. Supuene-
rut: ingesta sunt. Nulli nos vicio
natura cōciliat. Mos illa integros
ac liberos genuit. Qualiter vo
vniūq̄s liber est ad bñ vel ma
le agendū & nullus cogit ad pec
candū aliqua necessitate nature
ostēdit Valerij. li. vi. de mutatio
ne morū et fortune multū exemplū
Et dmo ipse ait. Adultū animis
hoim̄ & fiducie adire & sollici
tudinis detrahere pōt morū ac
fortune in claris viris recogni
ta mutatio. Nam cū alioꝝ fortu
nas spectādo & ex cōditione ab
iecta atq̄ p̄cepta emerisse clarit
tatē videam. Quid oberit q̄n &
ipsi meliora d̄ nobis semp cogi
temus. Deinde exēpla ad hoc p
positū notabilissima refert: ex q̄
bus aliqua nos explicabimus
¶ Primū est de Mālio torqua
to: q̄ in iuuetute fuit hebet̄ inge
nij atq̄ obtusi cordis: vt dome
sticis & reipublice vsibus inuti
lis oīo videret̄. In p̄cessu t̄o eta
tis ad tantā virtutē deuenit: vt
patrē suū reū a snia ferenda t̄pi
culo subeundo liberauerit. In
hoc credo fortune nubilo adole
scentie p̄ceptū p̄sum quo sene
ctū de cluadi enitesceret. Nam
patriā a bello latino p̄ssam spe
ciosissimo triumpho recreauit.
¶ Scdm̄ exēplū est de sciptione a
fricano: q̄ dissolutissime vite fuit
in p̄mis adoleſcētie annis lascu

ue & furoꝝ dedit. Sed morib̄
in meli' mutati deuenit carthagis
nem & p̄tinentissime vixit: quem
dij immortales nasci voluerunt
vt esset in quo virtus p̄ oēs nūe
ros hoibus efficaciter ostēderet
tur. ¶ Tertium exēplū est de qu
to fabio: qui in adoleſcentia fuit
ita viciosus & infamis: vt om̄es
vitarent ei cōsortiā. Sed post
ea in tantā grām & virtutem de
uenit vt nichil eodē sene ornati
aut speciosi. Nlo tēpe ciuitas ro
mana habuerit. ¶ Quartū exem
plū est d̄ valerio flacco q̄ i tempe
sed i belli punici hūit adoleſcētū
am p̄ditissimā in luxuria & alijs
vicijs. Paul' aut licem' vt eius vi
cijs dimoueret fecit eū flamine
id est sacerdotē vt fuiret in tem
plo deoꝝ. Qui floruit tanta reli
gione vt quān' p̄us fuerat exem
plū vicioꝝ t̄m postea fuit mode
stie & sanctitat' speculū. ¶ Quint
tū exemplum est de quinto catul
lo q̄ i adoleſcētia sua fuit effemi
natus eneruis deditus omnib̄
delicij & ludis & om̄i generi vo
luptatum. Sed p̄cedente etate i
marino clarissimoz virorum p
uectu excessum gradum obtinuit
it: factus senator & dux belli ma
ximas victorias habuit. ¶ Sunt
& alia ibidem exēpla vt palemo
nis & themistodis q̄ nos posui
mus in p̄mo sermōe quadrage
simalis de penitētia. ¶ Idcirco
solon philosoph' prudentissime
dixit nemine dux adhuc viueret
dici debere miserū aut beaum:

q̄ ad vltimum vsq; fati dies accipiunt fortune subiecti essemus: et mox assidue mutatio. Nulla igitur est sufficiens excusatio peccati quod in potestatis nostre arbitrio est et committere et de commisso facere penitentiam. Et ut acero in philippicis dixit. Quisuis hominis est errare. Sed non nisi insipientis in errato perseuerare. Imponamus ergo peccatis finem: ut scilicet vitia mutantur in melius: effugiamus eternas penas. A quibus nos liberet iesus christus qui cum patre et spiritu sancto viuunt et regnant in secula seculorum. Amen.

¶ Feria sexta prime ebdomade in quadragesima de excusatione peccati qua se tueri quidam putant ex ipsa consuetudine et de mysterijs consuetudinis.

Sermo sextus.

Actum est

antiquis diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Verba sunt redemptoris nostri originaliter. Ad thet v. c. et in euangelio hodierno. In ueterata antiquorum doctrina de inimicis odiendis velut impiis et caritati contraria dominus iesus christus in lectione euangelica reprobauit. Nullum eadem peccatum excusari potest diuina consuetudo. Quia non sunt nonnulli qui in sua malicia obstinati dum redarguuntur ut corrigantur sepe dederunt se peccata non esse uiter ponderanda: et peccatum in consuetudine et longa peccandi consue-

tudine excusabili uideri possunt. Ideo in primo sermone de consuetudine ipsa peccandi dicemus ostendemusque quod grauiter errant hi qui peccati veteribus addentes non uolunt se scuto consuetudinis posse defendi. Pro quorum declaratione tria mysteria proponimus contemplanda.

¶ Primum de aggrauationis

¶ Secundum reprobationis.

¶ Tertium obseruationis.

¶ Quod consuetudo peccandi auget peccatum non excusat: et qualiter mala consuetudo inducat in animam facilitates ad peccandum: difficultatem ad penitentiam: et obligationem ad patiendum.

Capitulum primum

Primum mysterium contemplandum de consuetudine dicitur aggrauationis. In

quo sciendum est quod consuetudo que est contra legem diuinam uel naturalem non minuit peccatum nec excusat sed auget. Sicut probatur. xxiii. questione prima. c. Salina. Ideo scribitur extra de consuetudine. c. Cum tanto. Tanto sunt grauiora peccata quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. Et extra de consuetudine. c. primo. in texto et glossa ponitur quod consuetudo grauis ecclesie et onerosa est extirpanda. Et distincti. viii. capitulo. Mala dicitur. Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est. Et eadem distinctione. c. Consuetudo. Lypanus

alt. Consuetudo sine veritate vel
tustas erroris est. Et eadē dist.
 viij. c. sequenti scribit. neq; hoīs cō
 suetudinē sequi optet sed dei ve
 ritate. Et in Autē. vt nulli iudi
 cu liceat hī. §. i. coll. ix. d. Adale
consuetudines adinuēre nullo tpe
firmant. Et confirmant hec oia
 ff. de pens. l. caplin. §. Solent.
 ff. l. d. episc. audi. l. Memo. Et
 tra de hys q; si. a ma. par. caplin. c.
 Quā in amē. Et tra de vsu pal
 li. c. Ex marū. Et tra d. officio
 archidi. t. Quā sac. extra de iura.
 calū. c. Eterū. Et tra de vita
 et honest. cleri. c. Quā decorē. extra
 de statu mona. c. Quā q. Et tra
 de pse. cc. c. Aqua. Et tra de su
 mo. c. In tantū. Nec tū reproba
 tā est tanq; iniqua cōsuetudo q
 est cōtra legē naturalē et diuinā
 sed etiā que est ptra quācumq; le
 gē humanā rōnabilē. Et dō ex
 tra de psue. c. Ad nrām d. Con
suetudo que canonicis obuiat i
stitutū nulli dō eē mōmētū Et s;
 ptra hoc arguit ex dicto Grego
 rij. di. iij. c. Deniq; q; loquens.
 de crapula quā psuenerūt face
 re laici in carnis pūio: q; peccatū
 est dicit. Nec a tali psuetudie a
 moueri possunt. Et ideo cū ve
 nia suo ingenio relinquēdi sunt
 ne forte peiores existant si a tali
 cōsuetudine pberentur. Et ad
 hoc respondet glo. ibidem. Qd
 relinquent cum venia. s. penētē
 poral. Ita q; nō vult dicere Gre
 gorius q; cōsuetudo excuset illos
 a peccato: sed q; nō dō tollit talis.

cōsuetudo p penas rōales quā
 do timet mai' inde scandalus p
 uenire. Et Morādū tū q; aliqua
 do quis peccat ex ignorantia vel
 fragilitate faciens id qd consue
 uerūt alij facere circa aliquid et
 tūc nō excusat a mortali si id qd
 agit hī psuetudinē aliorū est cō
 tra legē diuinā vel naturalē. S;
 minuit grauitas ei: puta q; fas
 cit aliquē ptractum vsuariū cre
 des esse licitum q; illud cōiter fit
 hī patrie psuetudinē. Tertū est
 q; cōsuetudo illius loci nō excu
 sat a mortali: q; cōtra legē dei q;
 sicut lex humana tollere nō pōt.
 Ita nec psuetudo que potius di
 cenda est abusto. Quod sūt ho
 die inter christianōs psuetudines
 hīōi viciose atq; corrupte. Ex
 psuetudie nāq; publice blasphematur
 de: fiunt pūria: inuocat
 diabolus exercent vsure: vanita
 tes multū augent et pōpe: comit
 unt fraudes in qualibet arte: et
 fetida vicia luxurie pperantur si
 ne rubore. Sed adū tant peccantes
 ex psuetudine q; hec tirā
 nis iniqua tria mala in aia facit
 Et primū ē facilitas ad peccandū
 Et scdm difficultas ad penitēdū
 Et tertū obligatio ad patiēdū
 Et Primū malū est facilitas ad
 peccandū. Nam ad qd peccatus
 a pncipio inducit aia cū diffi cul
 tate ad illud ppter cōsuetudines
 nō solum trahit cum facilitate s;
 etiā cū delectatione: vt possu
 mus in quadragesimali de peni
 tentia in smone de peccato. Rō

Et q: usus videtur in naturas. Et
 consuetudo nature assimilatur;
 et est altera natura: ut inquit Aris.
 in libro de memoria et reminiscen-
 tia. Et in primo ethicorum. Et in
 vii. ethicorum. Et idem confirmatur
 ff. ad inced. l. i. Et ff. de liberis
 et posthumis. Si quis posthumos. i.
 pn. Et ff. de postulato. l. i. §. Be-
 stias. Et ff. de acquire. rerum do. l.
 Naturalis. Et instituta de rez
 diui. §. Pauona. Dic Ihero.
 in epla ad cellantiam ait. Insuauem
 et asperam fecit nobis uiam virtutum
 longa consuetudo peccandi. que
 si in parte alteram transferat inue-
 nit semitam iusticie leuissimam. Et se-
 cundum malum quod inducit consuetu-
 do mala est difficultas ad peni-
 tendam. Nam facit peccata gran-
 dia estimare parua aut minima
 Et Aug. in encheridion ait.
 Peccata quibus magna et horrida
 cum in consuetudinem puenerit: aut
 parua aut nulla esse creduntur vsq:
 et adeo ut non solum non occultanda
 verum etiam predicanda et diffama-
 manda videantur: quoniam sic scriptura
 laudat peccatorum desiderium aie
 sue. Talis iniquitas in scripturis cla-
 mor vocatur quo dicitur. Clamor sol-
 domorum et gomorreorum multipli-
 catus est nimis: quia non solum iam
 apud eos non putabant esse fla-
 gitia verum etiam publice velut lege
 frequenterabant. Et idem li. musice
 Tanta est vis consuetudinis ut ea
 inueterata si falsa opinione est
 genita nichil sit inimicium veritati
 hinc peccatores ceci facti et ponde-

re qui oppressi penitentiam negli-
 gunt. Et hoc Iuuenalis. iij. sa-
 tira ait. Consuetudo mali tenet
 insanabile vulnus. Et Marcial
 coquus. Adens assueta malo fir-
 mius heret ei. Et ista consuetudo
 mala figurat in lazaro fetido et
 quadriduano sicut Aug. de pe. di.
 ij. c. Sicut. Quatuor enim mortui
 os christus suscitauit quibus primus
 non esset plene mortuus. s. filii re-
 guli. de quo dicit Iohannis. iij. c.
 Incipiebat enim mori. per istum signi-
 ficat diabolica suggestio et pec-
 cati cogitatio cui nisi consentiat:
 anima non per hoc totaliter moritur: sed
 incipit. Et secunda fuit filia archisy-
 nagogi. de qua Mathei. ix. c. ha-
 bet. quod in camera secreta fuerat
 mortua: per quam delectatio cum con-
 sensu denotatur. Et eo enim quo anima
 peccato consentit mortua est. Et tertius
 fuit filius vidue. Luce. vii. ca.
 extra portas naim: qui significat
 peccatum iam per opus consummatum
 Et quartus fuit lazarus quadri-
 duanus in monumento. Iohannis.
 xi. c. per quem designat peccatum
 consuetudinis. Ideo dicitur quod fetidus
 fuerat et clamore magno a christo
 vocatus Dicit enim ibi Augustinus
 Difficile surgit quem mola ma-
 le consuetudinis premit. Et Ido Ihe-
 dorus li. iij. de summo bono ait.
 Peccatum admittere est in pute-
 um cadere. Consuetudinem vero
 facere est os putei coangustare:
 ne is qui ceciderit valeat erire.
 Et tertium malum quod facit ma-
 la consuetudo est obligatio ad

patiendum. Quanto enim diu-
 nus retinentur peccata et quan-
 tomagis multiplicanti tanto gra-
 uiore pena puniuntur peccato-
 res. vnde non immerito Augu-
 stinus libro octauo confessionu
 dicebat. Ex voluntate quidem p-
uerfa facta est libido. Et dux ter-
uitur libidini facta est psuetudo
 Et dum consuetudini non resistit
 factus est interitus.

¶ Quod multe sunt consuetudines
 reprobate de quibus fit expressa
 mentio in iure. Sicut patet in sex
 consuetudinibus que hoc loco po-
 nuntur dimissis alijs.

Capitulum secundum

Secundum mysterium de con-
 suetudine contemplandum
 dicitur reprobatio licet

enim omnis consuetudo mala sit
 reprobata tamen in iure specifi-
 cantur multe psuetudines reuocan-
 de. Ex quibus aliquas expli-
 cemus. ¶ Prima est consuetudo
 de qua habetur in. c. Cum vene-
 rabilis. vbi ponitur quod consuetu-
 do cuiusdam loci erat quod abbas
 qui immediate erat sub apostolica
 sede transferebatur ad alias ab-
 battiam sine licentia pape quod fie-
 ri non potest. ¶ Secunda consue-
 tudo de qua habetur extra de con-
 suetudine. c. Quando. Quod aliqui
 simplices sacerdotes ad defectu
 episcoporum crismabant in fronte.
 Tales enim nichil conferebant.
 ¶ Tercia est consuetudo contra
 obedientiam supradicto capitulo.
 Cum venerabilis. ¶ Quarta est

consuetudo contra libertate ecclesie
 extra de electione. capitulo Cum ter-
 ra. r. c. Sacrosancta. ¶ Quinta est
 consuetudo erigendi pedagia et
 gabellas a clericis et religiosis
 hec reprobatur. c. Quamquam. de censu.
 libro. vi. Vbi enim sic dicitur. Quod si
 vniuersitas vel singularis persona
 ecclesias vel ecclesiasticas personas
 compelleret soluere pedagia vel
 guidagia vel exactiones pro re-
 bus suis quas causa negociatio-
 nis non deserunt vel pro perso-
 nis singulares excommunicati
 sunt et vniuersitas interdicta. Nec
 prodest contraria consuetudo. et
 diocesani quibus constat aliquos
 has sententias incidisse illos publi-
 care debent illas sententias facere ob-
 seruari. ¶ Et nota hic pro quod res
 clericorum eodem privilegio gau-
 dent quo res ecclesiarum quantum
 ad istud. ¶ Secundo quod ille dicitur
 negociator qui rem emit ut inte-
 gra et immutata lucrum vendendo
 Sed qui rem emit ut materia sibi
 sit sibi aliquid inde operandi puta
 ex ferro clauos et alia artificata
 ille non est negociator. ¶ Tertio
 nota quod si clerici deserant vel de-
 ferri faciant res causa mercimo-
 nie hac immunitate non gaudent
 Et sic est argumentum contra em-
 ptores reddituum clericorum qui
 volunt in hijs gaudere immuni-
 tate illa qua et clerici. ut scilicet non
 soluant guidagia et pedagia de
 emptis a clericis. ¶ Quarto nota
 quod illud quod hic dicitur de pe-
 dagijs secundum Franciscum de sa-

barellis locū habet in gabellis
 et datijs que leuant in ciuitatib⁹
 lombardie: quia idem iuris de
 ipsis argumentum. xiiij. questio
 ne. iij. capitulo. Putant. capitulo
 Pleriq; extra de penis. capitulo
 Quarto. Et ex hoc videtur q̄ tota
 italia est interdicta et maxime
 ciuitas florentina. ¶ Sexta est cō
 suetudo exigēdi vel paciscēdi
 aliqd̄ t̄pale p̄ sp̄alib⁹. vt pro in
 gressu monasterij vel sacris. ex
 tra de simonia. c. Quā simōiaca
 Sed hic oritur vnū dubiū vtrū
 sit licitum sacerdoti recipere pec
 uniam p̄ exequijs. et videtur q̄
 non per ea que notant extra de
 sepul. caplo. Abolēde. ¶ et ex
 tra de simonia. c. Non satis. ca
 plo. Cum in ecclesie corpore ¶ et
 xiiij. questione. ij. capitulo In ec
 clesiastico. ¶ Sed glosa in caplo
 Tuam nobis. extra de simonia.
 dicit. q̄ si sacerdos paup̄ ē p̄t̄ res
 cipere. vt p̄ma questio p̄ma. ca
 pitulo Iudices. ¶ et tamen gra
 tis dicitur celebrare. Sicut testi
 qui recipit sumptus. et tamē gra
 tis dicitur testificari. iij. questio.
 iij. capitulo. c. Venturis ¶ et episco
 pus recipit pro curationem pro
 consecratione. et iudex gratis iu
 dicat tamen recipit sumptus. ff.
 de officio p̄sdis. l. Plebiscita.
 et de vita et honestate clericorū.
 capitulo cum ab omni. Nec est
 incōueniēs q̄ clericus locet ope
 ras suas cum non habeat vnde
 viuat. xi. distinctione capitulo
 primo. et. iij. Sed sacerdos qui

ex officio suo ad hoc tenet et qui
 bz victū suū suis sumptibus te
 net spiritualia ministrare. de cō.
 distinctione prima. capitulo Suffi
 ciat. et tamen si consuetudo est
 q̄ aliquid detur in exequijs mor
 tuorum et consimilibus. licet sa
 cerdoti non detur actio ad hoc
 petendum. Tamen cogi potest
 populus ad obseruandam ho
 nestam consuetudinem. extra de
 simonia. capitulo. Ad apostoli
 cam. ¶ Consuetudo enim attendi
 tur in recipiendis munerib⁹ cir
 ca spiritualia. argumentum pri
 ma questione. iij. capitulo. Que
 situm. lxxij. distinctione capitulo
 Agathosa. ix. q. iij. caplo ¶ et que
 stus. ¶ et in autē. de sanctis. epif.
 §. Pro consuetudinib⁹. ¶ et in cor
 dathis glo. in caplo Abolēde.
 extra de sepuluris.

¶ Quid consuetudo rationalis
 que non est contra aliquam
 legem diuinam vel humanam
 obseruanda est tam generalis
 q̄ specialis. ¶ caplin. iij.

¶ Tertium mysterium contem
 plandum de cōsuetudine
 d̄ obseruatio. ¶ Cōsuetu
 do em̄ que nō est cōtra aliquam
 legem diuinā vel humanā et ha
 bet in se aliquā rōnem boni ob
 seruāda ē. Si generalis ē gene
 raliter. Si particularis in aliquo
 loco particulariter. Unde aug⁹.
 ad casulanum. xi. distinctione. c.
 In hys ait. Instituta maiorum
 p̄ lege tenēda sunt. Et sic p̄uari
 catores legū diuina p̄toret

consuetudinū ecclesiasticarū cohercēdi sunt. ¶ Et Isidorus li. v. ethicoꝝ di. i. ca. Consuetudo ē. quoddā ius morib⁹ institutū qd p lege suscipit̄ cui deficit lex. vñ virgo beata voluit huare laudabile p̄suetudinē iudeoꝝ: q̄ erat q̄ in festis eoz irēt ad tēplū in Iherusalē etiā mulieres. lex q̄ p̄ h̄ mā dabat masculus dicens in Exodo. Ter in anno apparebit oē masculinū i p̄spectu meo. S; tñ etiā mulieres ibāt non ex lege s; de more. Ideo Luce. ij. c. dicit. Quā facus esset ihesus ānoꝝ duodecim ascēdentib⁹ illis Iherosolimā s̄m cōsuetudines diei festi. ¶ Propterea aug⁹. di. viij. c. Frustra ait. Hoc plane verū est q̄ ratio ⁊ veritas semp cōsuetudini p̄ponēda est. Qd si cōsuetudini ratio suffragatur nichil oportet firmi⁹ retinere. Est de h̄ exemplū. xij. di. c. Illa. de matre sancti Aug. p̄sulēte Ambrosium de ieiunio sabbati. ¶ Et ad idē facit. c. Ecclesiasticay. xi. di. Agere igif̄ p̄tra cōsuetudinē ecclie gñalē peccatū est. ¶ Unde dicit Guills. Qd dicēdo missas ante matutinas est pctm̄ mortale: qz hoc est p̄tra cōsuetudinē ecclie generalē. Mā als p̄ legē scriptā nō iuenit̄ ordinatū. Ita etiā facere p̄tra cōsuetudinē particularē alicui⁹ ecclie est pctm̄ mortantib⁹ in illo loco: vñ qui conficeret in syimis in ecclia grecoꝝ peccat mortaliter faciēdo p̄tra cōsuetudinē ecclie oriētalis. Et simitr̄ q̄

in ecclesia latina cōficeret in feri mētato grauit̄ peccaret q̄uis vterq; p̄ficeret s̄m Tho. in. iij. Sic in italia in sabbato abstinetur ab esu carnū. Et q̄ tali die sine causa rōnabil̄ comederet carnes peccaret mortaliter. In cathalonia vero vbi nō est talis cōsuetudo nō peccat in sabbato comedētes carnes. ¶ Idē dicit dū de abstinētia a lacticijs et cuis ⁊ caseo in alijs ieiunijs a q̄dragesima q̄ vnusq; huare tenet patrie cōsuetudinē. Sic etiā ieiunia q̄ sūt ex gñali p̄suetudine ecclie obligāt sicut ea q̄ sūt in p̄cepto ex statuto ecclie: vt vigilia sancti Iohannis bapiste oīus scōꝝ ⁊ beati lauretj scdm̄ Inno. Sic etiā vbi in aliq̄ ciuitate est cōsuetudo seruare aliqd̄ festū nō sit ab ecclia statutū debet huari vt festū. ¶ Notandus tñ q̄ s̄m Archidiaconum sup. c. Consuetudis. di. xi. Qñ p̄suetudo obuiat oī iuri tūc indistincte succūbit cōsuetudo. S; vbi concordat cōsuetudo seu tolleratur ab aliquo iure l; alijs iurib⁹ v̄i deat̄ p̄ria tūc cōsuetudo vincit ⁊ tollit legē scriptā. Qz multa fieri nō debent: facta tñ remanent. Extra de regularib⁹. c. Ad apostolicā. ¶ Et. ij. q. vi. c. Biduum. ¶ Et scdm̄ h̄ cū dicit q̄ cōsuetudo nō est rōnabilis seu nō valet q̄ obuiat canonicis iustit̄is videtur intelligendū quando obuiat oibus statutis. Nam si obuiat alicui et p̄ aliud tolerat̄ non erit ir-

rationabilis per hoc solum. verbi gratia. Statutum est extra de vita et honestate clericorum. c. Quomodo quod bona clericorum debeant venire in communi et in una domo debeant vesci et dormire sub uno tecto: ut etiam ponitur. xxxij. di. c. Preter hec. Et de con. di. v. c. In omnibus. Et. xij. q. i. c. Necessaria. Glo. tamen in di. c. Quoniam dicitur: quod derogat huic iuri per contrariam consuetudinem quod ad clericos seculares quod papa scit et tolerat. Et item de co. di. iij. c. Rogationes. Et ca. Pronunciandum mandatur servari dies rogationum et quo ad ieiunium et quo ad cessationem ab operibus. Et tamen ubique fit trium. Nec alius dicit quod peccent fideles dies illos non servando. Et quod abrogat per contrariam consuetudinem que prescripta est. Et etiam videtur rationabilis propter ieiunia multiplicata ab ecclesia et propter festa et fideles parum devotioni se dant in festo et vix laborando vivere possunt pauperes. Et deo dicendum de tota hebdomada pasche que ponitur celebranda in c. Pronunciandum. Et deo de ieiunio quadragesime quod fuit statutum ab ecclesia iherosolimitana a clericis. i. di. post quinquagesimas di. iij. c. Statuimus. Et tamen non observata a clericis et hoc quod abrogatum est per contrariam consuetudinem. Quamvis ergo ista et similia obviat statutis canonicis aliis: tamen quod non omnibus obviat

sed ab aliquo toleratur ut a decretali extra de consuetudine. c. ultimo. que vult quod vicat etiam legem canonicam cum est rationabilis et prescripta. Et deo valet et sine preiudicio servari possunt. Vnde tamen magna diligentia est adhibenda in iudicando ut non apianur de facili via transgressionis ordinatum ecclesiasticarum. Nec etiam odemnet quis leuiter de mortali in huiusmodi consuetudinum observantia. Sicut est de festo innocentium. sancti silvestri et huiusmodi: que abierunt in dissuetudinem: ubi tamen servantur oino custodia sunt quod ab ecclesia instituta. Et similiter de consuetudine que est in multis locis quod in sabbatis et in vigiliis magnarum solennitatum homines laborent vel vendant usque in tertiam horam noctis: ut barbitores plus facientes exercitum die illa quod tota hebdomada. Et videtur posse tollerari cum quasi in recompensatione huius non laborent in sero festi usque ad mediam noctem. Quod tamen de iure possent quod de vespera ad vesperam id est sero mandatur celebrari in c. Pronunciandum. Sed nullo modo tollerari debent nec excusantur a peccato puelle que annos pubertatis attigerunt si non communicant aut non audiunt missas propter malam consuetudinem. Similiter et clerici facientes contra decenciam statum clericalem. Et religiosi transgressores regule et statutorum ordinis. Et omnes alii quorum

d. iij.

grandis est numerus qui consue-
tudine putant posse sua peccata tue-
ri. Quod si michi facultas detur ut
vox mea per omnem ytaliam audiri
valeret clamarem utique vobis vobis
nobis miseris. Nos sumus in
quos fines seculorum deveniunt:
ita ut omnia corruptionibus impleta
esse videamus. Non profuerunt predi-
cantium tube. Non sanctorum virorum
miracula. Non terrores de celo
et flagella dei. Non seue ubique
pestilentie ad extirpanda peccata blas-
femie. usurarum: vanitatum: partia-
litarum: iniusticie: sacrilegiorum: ad-
ulteriorum: sodomie: ambitionis:
et prostrationis divini cultus pro-
pter consuetudinem. Sed advertant
populi ea que dicta sunt et time-
ant ne perseverantes in malicia
sua irritent preces omnium deum. Qui
est benedictus et laudabilis in seculum
Amen.

Sabbato prime hebdomade.
De gravitate peccati. Et
quomodo unum peccatum est
altero gravius ratione persone
et obiecti: ut nocumeti.

Serme septimus.

Erant enim

verba cotari eis. Scribuntur
hec verba. Ad Marcum. vi.
ca. et in euangelio hodierno. Sit
autem vehementer venti impediebantur
discipuli domini ihesu christi ne pro-
spera navigatione ad portum tu-
rum possent attingere. Ita motus

les miseri peccatorum turbie retardantur
ne valeant ad regnum pervenire
celorum. Et plerique propter ea que
dicta sunt in precedentibus iam
acceptet mortalia peccata danosa
fore: verumtamen in hoc errore des-
venire solent ut omnia peccata stoico-
rum more: paria esse confirmant:
sic et futuras inferni penas equales
peccantibus omnibus preparas-
tas. Contra quos est auctoritas
domini et salvatoris nostri: qui Iohannis.
xix. c. dixit pilato qui me
tradidit tibi malus peccatum habet.
In quo verbo unum supponit. scilicet quod
pilate peccavit. Et aliud a se ipso
exprimit quod scilicet ille qui tradidit ma-
ius peccatum habuit. Nam comparativum
unum semper pre-supponit positivum.
Peccatum quod aliorum contra christum
gravius fuit peccato pilate. Nam
iudas peccavit ex cupiditate.
Principes sacerdotum peccaverunt
ex invidia. Pilatus vero ex humanis
non timore quod fuit minus peccatus
illorum. Iherosolymis. etiam. xliij. q. i. c.
Non afferamus. ait. Quis du-
bitat sceleratius esse commissum
quod gravius est punitum. Et
xxiiij. q. ij. c. Si quod verius dicitur
homicidius est gravius quam adul-
terium. Et. xvij. q. iij. c. Sicut
dicitur quod sacrilegium est gravius
quam fornicatio. Et. xxxij. q.
vij. ca. Adulterium. malum ponit
gravitas peccatorum eiusdem
generis luxurie. Quem admodum
ergo una infirmitas est gra-
vior altera sic et unum peccatum
altero. Comparatur namque pec-

eatum infirmitati. vnde in psal.
 Misere mei dñe quoniam in-
 firmus sum. Seneca etiã & tal-
 lius vicia appellant egritudines.
 ¶ Idcirco vt ois falsitas procul
 abijciat a cordibus hominum
 in pñti sermone de peccatorum
 gravitate dicemus. ¶ Et quis
 diuersis respectibus vnum pec-
 catum alio sit grauius. Nos in
 tres eligemus et multis.

¶ Primus dñi persone.

¶ Secundus obiecti.

¶ Tertius nocuenti.

¶ Quid grauius peccant eodẽ
 genere peccati docti q̃ indocti:
 et superiores q̃ inferiores. & illi
 etiã qui peccat cū magis impro-
 ba voluntate.

Cap. primū.

Primus respectus quo vñ
 peccatum dicitur grauius al-
 tero est persone peccantis
 vna enim persona potest graui-
 us peccare q̃ altera etiam in eo-
 dem genere mali triplici ratio-
 ne.

¶ Primo ratione claritatis.

¶ Secundo rōne dignitatis.

¶ Tertio rōne voluntatis.

¶ Primo vna persona peccat
 grauius q̃ altera ratione clari-
 tatis. Grauius nãq̃ peccat doctus
 qui plura cognoscit ad salu-
 tem spectantia q̃ indoctus: & lit-
 teratus q̃ ydiota. quoniam vt
 inquit Tho. i. ii. q. lxxij. propter
 maiore facilitatẽ quas h̃ in res

stehendõ potest facilius peccatus
 declinare. Ideo saluator noster
 Luce. xij. c. ait. Seruus sciẽs vo-
 luntatem domini sui et non fac-
 iens vapulabit plagis multis.
 ¶ Ubi crisostomus. ait. Non simili-
 ter in oibus oia iudicant. S3
 maior cognitio sit maioris pe-
 ne materia. hec ille. Motent ver-
 ba Crisostomi viri docti et pre-
 cipue in sacris litteris exercitati.

¶ Secundo vna persona pec-
 cat grauius q̃ alia ratione di-
 gnitatis. Et huiusmodi sunt do-
 mini prelati religiosi et sacerdo-
 tes. ¶ Vnde Hiero. super Eze-
 chielem inq̃t. grandis dignitas
 sacerdotum: Sed grandis rui-
 na si peccant. letamur ad ascen-
 sum: sed timeamus ad lapsum.
 Non est tanti gaudij excelsa te-
 nuisse q̃ tu meritis de sublimi-
 oribus corruisse. Nec enim pro
 solis delictis nostris reddere
 debemus rationem: sed pro oĩ-
 um quorum abutimur donis &
 nequa q̃ sumus de eorum salu-
 te solliciti. ¶ Et idem ad heliodo-
 rum de vita nepotiani. In te oĩ-
 um oculi diriguntur. Domus
 tua et conuersatio tua quasi in
 specula constituta magistra dis-
 cipline. Quid feceris id sibi
 omnes faciendum putant. Ca-
 ue ne committas quod aut qui
 reprehendere volunt digne la-
 cerasse videantur: aut qui imita-
 ri cogant relinq̃re. ¶ Et extra
 dñi iurãdo. c. cñ q̃da dñi. q̃ cpi.
 dñi

transgredientes iuramentū gra-
uius iudicādi sunt: quāto maiori
p̄minent dignitate. ¶ Ubi glo.
patet q̄ dignitas delinquentis
agrauat peccatū. Sicut etiā pro-
bat. xl. di. c. Homo xp̄ianus. ¶ r
l. di. c. Quia. ¶ r. xix. di. c. Nulli.
¶ r. xi. q. iii. c. Precipue. ¶ r. xxxij.
q. v. c. Qui viderit. Extra de her-
ren. c. Excōicamus. ¶ Extra de
homici. c. si cui dignus. Q̄ntus
est execrandū peccatū maior in
quo nō solum illoꝝ ingrātudo
rephendit: verū etiā malū exem-
plū quo ceteri inferiores corū-
punt: p̄demnant. ¶ Inquit enī
Aristo. i. ethicoꝝ. Multi q̄dem
dīno bestiales vidēt eē pecudū
vitā eligētes. Adipiscunt aut̄ ra-
tionē: q̄ mlti ex his q̄ sunt in po-
testate p̄stituti patiunt̄ silia sar-
danapallo. ¶ Hic sardanapall⁹
vt iustinus refert li. i. fuit vltim⁹
rex assyrioz omni muliere coru-
ptior: mollicie corpis ⁊ lasciuia
oculoꝝ oēs feminas antecellēs
Dicit ḡ Aristo. q̄ mlti potētes
ipsū sequunt̄ quoz exemplo sub-
diti viciosi fiunt. Dimissis autē
antiquoz exemplis ¶ Videmus
p̄ experientiam q̄ q̄les sunt supio-
res: tales vt in plurib⁹ solēt esse
inferiores: ⁊ p̄cipue q̄ eis fami-
liaritate iungunt̄. Sed de ipsis
particularia nō licet loq̄: quoz pec-
cata ipunita d̄tus vocant̄. ¶ Fu-
ra illud Sen. in tragedijs. Pro-
sperū ac felix scelus: d̄tus vocat̄
¶ Tertio vna p̄sona peccat gra-
uius ḡ alia rōe volūtatī. Nā vo-

lūtas cōpatur ad actū peccati sicut arbor ad fructū: vt dicitur in
glo. sup illo vbo Matth. vii. c.
Non pōt arbor bona fruct⁹ ma-
los facere. Ideo q̄nto volūtas
fuerit ardētior ad peccandū: tan-
to hō graui⁹ peccat. Et sic gra-
uius peccat q̄ sine vlla aut pua-
tentandōe peccat q̄ ille q̄ impoꝝ-
tunis ⁊ diuersis tētationib⁹ sus-
patur. Insup q̄nto act⁹ volunta-
tis est magis iordinat⁹ tāto gra-
ui⁹ est peccatū. Magis est autē
act⁹ volūtatī iordinat⁹ cū pec-
catū ope p̄petrat̄ q̄ solus mētis
p̄sensu. ¶ Notandus t̄m b̄ loco
fm Bonauen. ⁊ Tho. in. ij. di.
flij. Qd̄ cū volūtas ⁊ opus pec-
cati sunt sepata: vt puta fm aliō
⁊ aliud t̄ps sūt diuersa peccata:
q̄ diuerse auersōes ⁊ p̄uersio-
nes: vt si q̄s h̄ns voluntatē deli-
beratā ad fornicandū ⁊ h̄mōi d̄-
uertit p̄ tunc ad alia dimittēs ex
equi illā voluntatē. Inde ad ho-
rā oportunitate se ingerente for-
nicat̄ ope: sic sunt diuersa pecca-
ta. Sed si volūtas ⁊ op⁹ sint cō-
iuncta: vt causa ⁊ effectus: sic sūt
vnū peccatū formaliter: sed plu-
ra materialiter. q̄ est vna rōe de-
ordinādi: s̄ sint plura deordina-
ta. Grauius tam̄ est peccatū vo-
luntate ⁊ actu exteriorē cōmissū
q̄ sola volūtate. Nā ipse act⁹ ex-
terior cōmuniter adauget volū-
tates in malis opibus sicut ⁊ in
bonis.

¶ Quod culpa tāto est grauior
quāto p̄sona p̄tra quā peccatur

est dignior: Et sic peccat in deū
in primū et in seipsū. Cap. ij.

Secūdus respectus quo
vñū peccatū dicitur graui
us altero est obiecti. Et
sic quāto psona que in peccato
offendit est dignior: tanto culpa
grauior. ¶ Sicut patet extra de sen
tentia excom. c. Lū illoꝝ. in tex
tu et in glo. ¶ et instituta de iniur
ijs. §. Atrox. ¶ ff. de re militari:
l. Omne delictum. §. q̄ manus.
¶ Et. xij. q. ij. c. Gloria. ¶ Et. xij
q. ij. c. Adouet. ¶ et. xxvij. q. i. c. Inu
piaz. Vocat autē modo potest homo
peccare tripliciter.

- ¶ Primo in deum;
- ¶ Secundo in proximum;
- ¶ Tertio in seipsum.

Hec autē distinctio peccati pos
nitur ab Isidoro in li. de sumo
bono. et a Adgō i. ij. di. xij. Et
notandū s̄m Tho. i. scde. q̄ ista
diuisio sumit s̄m id in qd̄ dire
cte peccat et principaliter: nō cō
sequēter. verbi gratia: cuius q̄s fa
cit homicidiū et furtū et filia. iste
principaliter peccat i primū eū
ledendo. Et sequēti peccat in
deū: q̄ mandata ei⁹ transgredit̄
et in seipsum: q̄ p peccatū ledit
aias suā. ¶ Similr qui peccat in
seipsum: vt in gula: luxuria et hu
iusmodi: directe et principlr pec
cat in se. Et sequenti in deum
ptra eius mādata faciendo. Et
sic q̄ peccat in deū: ex sequenti
peccat in seipsum: priuādo se lu
mine gratie et virtutibus et in pri
mū aliqñ p malū exemplum vel

alio modo. ¶ Primo igitur hō
peccat in deū cum de deo male
sentit: vt hereticus: vel que dei
sunt vsurpare p̄sumit vtendo in
digne sacramētis: vel qñ dei no
men piurando vel blaffemādo
p̄temnit. Et hec peccata que sūt
directe ptra deū: sūt ceteris gra
uioꝝa quibus hodie plenus est
mūdus. Et quia inueterata sūt
et publica et in maxima multitu
dine nō estimant. Pro quib⁹ di
citur in. c. Argentis. extra d̄ he
reticis. Longe grauius est eter
nam q̄ ip̄alem ledere maiestātē

¶ Secūdo peccat q̄s in seipsū cū
sibi soli nocet et non alteri: vt in
peccato gulae vel molliciei. v̄l ac
cidie vel inanis glie et h̄mōi. Et
h̄ non sit ita graue sicut peccare
immediate contra deum: tamen
grauius est q̄ peccare contra p
ximū. Sicut grauius peccat qui
occidit seipsum q̄ qui occidit al
ium. Nam vt scribitur ecclesia
stici. xij. c. Qui sibi neq̄: cui bo
nus erit. ¶ Tertio peccat quis
in proximum. Et sic aliquādo q̄s
peccat contra personam comū
ctam. scilicet parētes: filios: vxo
res: viros: fratres: dum vel illis
iniuriat: vel non subuenit eozū
indigentijs: et hoc graue est pec
catum. Nam vt ait Augustinus
libro primo de doctrina xp̄iana
Cum omnibus subuenire non
possis: his potissime cōsulendū
est qui tibi quadā sorte iungunt
¶ Aliquando quis peccat cōtra
illos a quibus beneficia recepit



¶ Aliquando contra personas graues. Et ut habet extra d. testib. et attestacionibus: in glo. in. c. Licet. Personae graues non appellantur illi qui sunt in dignitate constituti quia aliud est dignitas quam gravitas. in. q. iii. c. Item in criminali. in sculo. In secunda lege. Sed graues dicuntur hi qui non sunt leues sed bone fame et opinionis et antiquitatis. ¶ Aliquando quis peccat contra personas dignas: clericos sacerdotes: et religiosos ac plures cum falsis ac temerariis iudicijs ac detractionibus venenosis. ¶ Aliquando quis peccat contra priores miserabiles: afflictos affligendo. Quod prohibetur extra de clerico egrotante. c. ex parte. ubi dicitur: Afflictus non est addenda afflictio. Item propheta in ps. ait. Tibi derelictus est pauper et cyphano tu eris adiutor.

¶ Quod unum peccatum est altero gravius ratione nocimenti et qualiter nocimentum se potest habere ad peccatum tripliciter.

Capitulum. iii.

¶ Erunt respectus quo unum peccatum est gravius altero dicitur nocimentum: quod scilicet ex uno peccato sequitur maius nocimentum quam ex alio. ¶ Sed secundum Thoma. prima. q. lxxiiij. ubi. s. Nocimentum tripliciter se potest habere ad peccatum. ¶ Quod enim nocimentum illud est primum et intentum. Sicut cum aliquis aliquid operatur animo nocendi al. i. ut homicida vel fur. Et tunc directe

quantitas voluntatis adauget quantitatem peccati. ¶ Quod vero nocimentum est primum sed non intentum. Sicut cum aliquis transiens per agrum ut cautius et brevius vadat ad fornicandum infert nocimentum his que sunt seminata in agro scienter: licet non animo nocendi. Et sic etiam quantitas nocimenti aggravat peccatum: sed indirecte: in quantum scilicet ex voluntate multum inclinata ad peccandum procedit quod aliquis non permittit facere damnum sibi vel alijs quod simpliciter non vellet. ¶ Quod autem nocimentum non est intentum nec est primum. Et tunc si per accidens se habeat ad peccatum non aggravat peccatum directe: sed propter negligentiam considerandi nocimenta que consequi possent imputantur homini ad peccata mala que veniunt propter eius intentionem si dabit operam rei illicitae. vnde si quis solacia rei aliquo ludo periculo ex quo sequitur mors vel mutilatio quibus illud malum non sit intentum. Et si quia voluit illud ludum unde nocimentum secutum est: ei imputatur: et quo ad peccatum et quo ad irregularitatem et quo ad penam iudicalem. Si si cecus sagittam vel lapides iaceret ei imputaretur quod dat operam rei illicitae. vnde et lamech quoniam sagitta occidit cayn: existimans eum feram siluestrem non hominem. quia cecus erat. Sed a puero quem secum ducebat ut fera iudicatus fuit: non excusatur a peccato. Si ve

ro nocumentum p se sequitur ex actu peccati: licet non sit intentū nec preuisum: directe peccatum aggrauat. Quia quecūq; p se sequitur ad peccatū p̄tinent quod dāmodo ad ipsam speciē peccati. Puta si aliq; publice fornicetur: sequitur scandalū plurimoz qd̄ quis ipse non intendat nec forte p̄uideat directe p̄ h̄ aggrauatur peccatū. ¶ Notandus qd̄ quis nocumētus aggrauat peccatum: non tñ sequitur qd̄ ex solo nocumēto peccatū aggrauetur. Quinimo peccatū p se est grauius ppter inordinationem: vnde ipsum nocumentū aggrauat peccatum inquantū facit actum esse magis inordinatum. Quare nō sequitur qd̄ si nocumentū maxie habeat locū in peccatis que sūt contra primum qd̄ ipsa peccata sūt grauiissima. qz multo maior inordinatio inuenit̄ in peccatis que sunt contra deū et in quibusdam eoz que sunt contra seipsū. Et tñ potest dici qd̄ et si deo nullus possit nocere quantū ad eius substantiam: potest tamen nocumentum attendi in his que dei sunt: sicut exurpando fidem: violando sacra: q̄ sunt peccata grauiissima. Sibi etiā aliquis quēscienter et violentē infert nocumentum. Sicut patet de his qui seipsos interimunt: licet finaliter hoc referāt ad aliquod apparatus bonum: puta ad hoc qd̄ liberent̄ ab aliqua angustia. Sunt igitur peccata disparia et vnum altere

grauius. Nichilominus omne peccatum mortale periculosum est damnosum ac formidabile. 3o curandū vt et mortalia maiora atq; minora vitent̄: siue sint p̄ta operis siue oris siue etiā cogitationis que perpetrantur intrinsecus et in mente. Qui enim peccare desinit et bene operari studet: is in presenti diuinam obtinet gratiam et tandem gloriam sempiternam. In qua viuit et regnat deus per infinita secula seculorum Amen.

¶ Dñica p̄ma in xl. De superbia dñoz et potentum.

Sermo octauus.

Ostendit ei

omnia regna mūdi et gloriam eoz et dixit ei. Ecce omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Scribuntur hec verba Athanasi in c. et in euangelio hodierno. Principes terre et ipales domini: vt de xpianis loquar i magna parte: in tantā supbiam sūt elati vt quasi dyabolum imitantes: terrenam potestatem deo relicto sibi viribusq; proprijs asserbant. Quo fit vt vicia sua incorrigibilia esse velint: que sui familiares et domestici neduz vitupare audēt. Quinimo adulantes laudare coguntur. ¶ Vnde Seneca in tragedia dicit. Prospexat se ille scelus. Illoz potētū et p̄ncipatū virtus vocatur. Sontibus

parent boni: opprimunt leges ti-
mor. Adcirco cum de peccatis in
particulari iam dicendum occurrat
statui hodierna die de superbia
dominorum et potentium dicere. Et ut
vobis utar Hieronymi in epistola
ad palmachium et oceanum. Adu-
lari non possunt ne et frem decipiam
et me sermo percutiat salomo-
nis qui ait. Verba adulatorum mol-
lia sunt et hec feriunt interiora ve-
tris. Neque de secretis et intimis
sed de illorum patetibus et manifes-
tis defectibus cum ea qua possumus
honestate atque modestia loqua-
mur. Distinguemus autem consideran-
dam ac condemnandam eorum super-
biam triplici respectu.

- ¶ Primo respectu dei.
- ¶ Secundo respectu ecclesie.
- ¶ Tertio respectu primi.
- ¶ Qualiter superbi dominum contem-
nunt deum non reputando ipsum superio-
rem: et transgrediendo divina pre-
cepta ac dei iudicia vilipendendo

Capitulum primum.

Primo consideranda est atque
condemnanda superbia dominorum
et potentium respectu
dei. Contemnunt quippe deum.
et hoc triplici ratione.

- ¶ Primo ratione extimationis.
- ¶ Secundo ratione transgressionis.
- ¶ Tertio ratione vilipensionis.
- ¶ Primo ratione extimationis: nam
in tantam elationem animus
eorum insurgit ut se ipsos deos re-
putent et quicquid habent non a
deo habere se credant. Illes na-

buchodonosor regi babilonis.
Ille quippe in statua adorari vo-
lebat. ut scribit Danielis. iii. c.
Et cum sidrach misach et abdel-
nago iudei timentes deum seclusi
que horrentes hoc agere nollent:
cum accusati adducti fuissent coram
nabuchodonosor dixit eis rex
ille superbus post multa verba:
Quis est deus qui vos eripiat
de manu mea? Sic et domitianus
impator ad hanc prorupit vesania
ut in primordiis litterarum se deum
et dominum iusserit appellari: ut reci-
tat paulus herosolimitanus. Incipiebant
enim sue littere. Deus et dominus no-
ster domitianus ita mandavit ita iu-
bet. Non sic faciebat cyrus rex
persarum: qui ut scribitur primi
Esdras. i. cap. dicebat cum hu-
militate. Omnia regna terre tra-
didit mihi dominus deus celi.
Ab ipso enim deo rege regum
et magno super omnes deos est
omnis potentia dominandi om-
nis principatus omne principi-
um ac finis cuiuscunque imperii
vel regni. Quod probatur aucto-
ritatibus et sententis firmissimis
¶ Hic Hieronymus super Da-
nielē ait. Non miremur si quoniam
Ad primum dubium respondet Alex. secundo volumine summe quod iudei a christianis tolerari debent: tum quod ex eorum semine natus est christus factus ex semine dauid secundum carnem. et apostoli etiam fuerunt iudei: tum quod in scripturis veteris testamenti quod ipsi profitentur: prohibetur testimonium de christo: tum quod in fine mundi reliquie israel salve fiet: tum etiam ut in hoc elucescat pietas christiana que fidei inimicos non persequitur: sed sustinet patienter. Ideo extra de iudeis et sicut iudei. dicitur quod non sunt percutiendi nec vulnerandi aut interficiendi nec eorum bona sunt diripienda neque sepulcra eorum violanda quod nec in hoc reputantur hostes ut dicit glo. in hoc. c. propterea quod. ff. de sepulcro violato habetur. l. sepulcra: quod sepulcra hostium religiosa non sunt et illa infringens: non incidit in edictum. In festiuitatibus vero suis et ceremoniis atque ritibus non sunt turbandi. unde Gregorius. x. v. di. c. qui sincera. ait. Omnes festiuitates suas sic hactenus ipsi et patres eorum per longa tempora colentes tenuerunt: libertatem habeant observandi celebrandi et licentiam. Ratio est secundum Thome. xxii. q. x. Quod humanum regimen derivatur a diuino regimine et ipsum debet imitari. Deus autem quousque sit omnipotens et summe bonus permittit tamen aliqua mala fieri in universo quod prohibere posset ne sublati illis maiora bona impediretur: vel etiam peiora sequeretur ma-

la. Si ergo in regimie humano illi qui p̄sunt recte aliqua mala tolerāt ne aliqua bona impediātur: vel deteriora mala pueniāt vñ Aug⁹. ait. Aufer meretrices de rebus hūanis turbabis omnia libidinibus. Sic ergo quibus infideles in suis ritibus peccent tolerari possunt: vñ ppter aliqd bonū quod ex eis puenit: vel ppter aliqd malū quod vitat. ¶ Et hoc autē q̄ iudei ritus suos hūant in quibus olim pfigurabat veritas fidei quam tenem⁹ hoc bonum puenit q̄ testimoniū fidei nostre ab hostib⁹ habem⁹: et q̄si in figura nobis rep̄ntatur quod credim⁹: ideo in suis ritibus tolerātur. ¶ Alioz vero infidelium ritus qui nichil utilitatē aut veritatis afferūt nō sunt aliquo modo tolerandi: nisi forte ad aliqd malū vitandū. s. scādalum vel dissidiū qd̄ posset puenire: vel impedimentū salutis eoz qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem. Propter hoc etiā hereticoz et paganoz ritus aliqui tolerauit ecclesia qm̄ erat magna infidelium multitudo. Hec Tho. In sabbatis etiā suis nō debēt ad iudicia trahi nec ipsi alios trahāt. Si r̄ in alijs festis eoz nō debent turbari. ¶ De iudeis. l. die sabbato. ¶ Scdm̄ dubiū fuit utrū iudei sint ad fidē muneribus et pmissiōibus inducēdi. ¶ R̄ndet raymundus q̄ munerā nō sunt ppter fidē pollicēda infidelib⁹ quasi ex pacto: s̄ bene p̄nt indu-

ci munerib⁹ et blanditijs ad captandā beniuolentiā et excludendū ab eis timorē inopie. Et sicut dei et alij infideles conuertantur ad fidē: possessiōes et alia bona mobilia et imobilia eoz nō debent auferri eis: nisi sint usuraria vel d̄ usuris emptā obnoxia restitutioni. Usuraria autē debēt restitui eis a quibus errore sunt usure vñ eoz heredib⁹. Qd̄ si nō inueniuntur: poterunt ipsis ad fidē conuersis p̄ ep̄m tanq̄ paupib⁹ dispensari. Et hoc in totū vel in partes s̄m̄ q̄ritatem ipsorz bonoz et q̄litate conuersoz plus vel minus indigentū. extra de usuris. c. cum tu. ¶ Si autē inuitis parentib⁹ tales baptizati essent: videt q̄ sint cogēdi ad suandā fidē receptas in baptismo. ¶ Guillelm⁹ etiam dicit q̄ nō l̄z nutricib⁹ occulte baptizare paruulos iudeoz. Sed si in articulo mortis h̄ facerent: credit q̄ nō peccarēt. ¶ Notandū adhuc q̄ ad fidē recipiendā nullus iude⁹ vel gētilis debet cogi. ¶ Ratio est s̄m̄ Tho. q̄ credere est volūtatis. vñ dicit d̄. xl. c. de iudeis. Precipit sancta synodus nemini vim inferri ad credendū: cui em̄ vult de⁹ misereri: et quē vult indurare. Nō ḡ inuiti sunt saluādi: sed volētes. Sicut hō p̄prij arbitrij volūtate sp̄nti obediens pernit: ita vocante se gr̄a dei q̄sq̄ credens p̄pria mentis conuersione saluat. Si ḡ t̄m̄ iudei baptizati essent infantes vel adulti coacti nō coactiōe simpli

ei et absoluta s; aditōali et ad iu-
 dāsimū redirent: pcedendus est
 ptra eos sicut ptra hereticos: vt
 patz. c. ptra: d. here. li. vi. ¶ Ter-
 tiū dubiū fuit vtz iudei sint regu-
 lis ecclie humiliādi. ¶ Ad qd res-
 spōdeo qd fieri nō. pōt sine pec-
 cato grauiſſimo: qd hodie in tota
 quasi italia cernim? d. iudeis
 Mā ppter pecunias qbus exco-
 cant dñoz et curialiu oculos tā-
 ta libertate fungunt vt ecclesie
 statuta penit? videant extincta.
 Prouidit ecclia sancta dei ita vt
 tolerāt iudei: ne tñ ex hñdōi tole-
 rantia erumpāt in supbias et in
 sua obstinatioe gl'ient. ppterea
 pdicāde sūt et publice diuulgāde
 regule sancte quas edidit ecclia
 de iudeis. ¶ Prima igit regl'a
 est qd iudei nō pnt nouas syna-
 gogas erigere: antiquas nō per-
 mittunt habere. et si coruerint: d.
 nouo pnt illas reedificare in pri-
 ſtinū statū: non tñ vt ampliores
 faciant. Extra de iudeis. c. iudei
 c. pfuluit. ¶ Scda regula qd iu-
 dei debēt habitū distigui a xpia-
 nis. vñ in. c. in nōnullis. extra de
 iudeis dicit. In oi xpianoz p-
 mincia indeoz et saracenoz habi-
 tus in vtrōq; sexu publice a po-
 pulis distinguant. Ratio est qd
 ptingit interdū qd p errore xpia-
 ni iudeoz et saracenoz et iudei
 seu saraceni xpianoz mulierib?
 cōmiscant. ¶ Tertia regl'a qd in
 diebus lamentationis et dñice
 passiōis nō debēt exire in publi-

cū: nec fenestras apertas tenere
 aut ostia domus. extra d. iudeis
 dicto. c. in nōnullis. et. c. qz super
 his. ¶ Quarta regl'a qd nullus
 iudens possit ptra xpianos ser-
 re testimoniū sed bene ipsi cogē-
 di sunt accipe xpianos in testes
 ptra se. extra de testibus. c. iudei
 Ex quo iudei pueniri possūt co-
 ram iudicibus nostris: sed non
 xpiani coras senioribus eorum.
 arbitrum possunt etiam eligere
 iudeum: cuius sententiā ordina-
 rius iudex exequat. L. de iudeis
 l. iudei. ¶ Quinta regula qd nō
 debēt inter xpianos habere pu-
 blica officia: ne occasione habe-
 ant in xpianos seuendi. liij. di.
 c. nulla officia. ¶ et. xvij. q. iij. ca.
 cōstituit. ¶ Sexta regula qd nul-
 la xpiana debeat ablactare fili-
 os iudeorum. Extra de iudeis. c.
 et si iudeos. Quia vt dicitur ibi.
 Iudei qñq; nobis illas retribu-
 tionē impendūt quam iuxta vul-
 gare puerbiū Adus in pera: ser-
 pēs i gremio: et ignis i sinu suis
 pfuenerūt hospitiibus exhibere.
 ¶ Unde quidam iudei nutrices
 xpianas que in die resurrectio-
 nis cōmunicant: faciunt per tri-
 duum lac effundere in latrinam.
 Ideo phibētur xpiane ablacta-
 re filios iudeorum. ¶ Septima
 regula qd non debent xpiani cū
 iudeis comedere aut bibere ne-
 q; ad inuicem conuuariz: nec de-
 bēt in eadē domo simul manere
 nec in eadem stufa vel balneo

lauari: nec in suis infirmitatibus iudeos medicos aduocare. xxviii. q. i. in. c. nullus. r. c. sequenti. ¶ Sed hic oritur dubium an sicut iudeorum ita et omnium infidelium conuiuia uitari debeant. ¶ Et rursus glo. xxiiij. q. iiii. c. infideles. q. non est idem iudicium de iudeis et ceteris infidelibus. Ideo caplin. Nullus r. c. sequens intelligunt specialiter de iudeis. unde. xi. q. iij. ca. ad mensam. dicitur ad mensam paganorum quippe si volueris ire sine vlla prohibitione permittitur. ¶ Idem. ij. q. i. c. multi. ¶ S3 glo. xxviii. q. i. c. omnes. videtur asserere contrarium: scilicet q. neq. cum saracenis et gentilibus est communicandum in conuiujs: quia et ipsi iam cibos discernunt. licet hoc non contineatur verbis edicti. ¶ Sed quare non est prohibitus loqui cum iudeis et alijs infidelibus: sicut comedere cum eis. ¶ Respondetur quia maior familiaritas est in cibo sumendo q. in colloquendo: et facilius q. decipitur inter epulas. xxij. q. iiii. c. vnusquisq. ¶ Thomas autem xxij. q. x. dicit q. illi qui sunt firmi in fide de quibus non timeat q. subuertant: sed potius q. pueriant infideles: possunt licite cum illis conuersari et communicare licet hoc caute facere debeant: ne scandalizentur alij. ¶ Octaua regula q. nullus christianus potest alicui iudeo vel congregationi eorum et aliorum infidelium aliquid in testamento relinquere.

Quod si fecerit etiam post mortem iudicatur anathema. ¶ Extra de hereticis. c. Si quis episcopus. xxiiij. q. ij. capi. Sane. ¶ Nona regula q. christiani non debent esse serui iudeorum. ¶ Extra de iudeis. c. Iudei. q. ut ibi dicitur: nefas est quem ipse redemit blasphemum christi in seruitutis vinculis detinere. Ibi glo. ne cum iudeis christiani morantur. xxviii. q. i. capi. Sepe malorum. Sed in agro vbi cum iudeo non moratur bene potest huius. In. c. x. ad hoc extra de iudeis dicitur. Non seruiant christiani iudeis. ¶ Notandum tamen de seruis iudeorum secundum Raymundum q. si seruus iudei est vernaculus: id est dicitur illius ancilla naturalis: si vult effici christianus statim eripitur in libertatem nullo precio dato. ¶ De episcopis et clericis. l. Deo nobis. ¶ Idem si seruus fuit emptus qui erat christianus vel esse volebat. di. liiij. c. Ad anticipia. q. tales non solum iudeo emere vel in seruos retinere. ¶ Idem si seruus emptus erat paganus et fuit emptus causa seruiendi et nunc vult fieri christianus. liiij. di. capitulo Fraternitatem. ¶ Idem etiam si emit eum causa mercimonij et non exponit eum infra tres menses venales: quia presumitur q. emerit eum causa seruiendi. ¶ Si vero exposuit eum venalem infra tres menses et per eum non stetit quin vendiderit et ipse vult effici christianus infra illud spacium vel postea liberabitur dato precio duodecim solidorum

ab aliquo christiano. extra de iur
deis. capi. ultimo. ¶ Et hoc in
telligi nisi dñs eū volentem cir
cūcideret vñ alterius secte signa
culum impneret. Tunc em̄ pro
pter iniuriā corpis libabit nul
lo p̄cio dato. liij. di. c. Nulla. ¶ et
sequitur Raymū. q̄ tal̄ sic redem
ptus nō erit p̄pterea seru⁹ redi
ment⁹: sed erit liber: et restituet illi
preciū solutū p̄ eo. et si non habz
preciū querat medicando: vñ ser
uiat ei tm̄ q̄ seruiciū cōpensetur
cū p̄cio: et postea eat quo vult. ar
gumētū. xvi. q. i. c. de raptorib⁹:
¶ Et hoc intelligi nisi causa pie
tatis redēptus fuerit. Tūc enim
non tenet ei reddere aliqd̄ vñ ser
uire: q̄ qd̄ p̄ pietate dat̄ phibet
ihesus ne repetat: et sic dedisse
presumitur nisi d̄rius fuissz prote
status. Concordat hostien. et gos.
q̄ si nullus emptor cōpareat. s̄z
Bernardū nichilo⁹ erit liber et
p̄ciū ostiatim q̄rat aut opas pre
stet. ¶ Addit hostien. q̄ si prohi
bitū est q̄ nullū mācipiū xpianū
seruiat iudeo m̄to minus liberi
xpiani nō debent eis seruire: ni
si extra domū: vt in laborādo vi
neas et h̄mōi nō autem intra do
mū. Hec oia sc̄pta sunt ad eru
ditionē nr̄am vt ita iudeos tole
remus ne derideāt nos et fidem
nr̄am sc̄tam. Mā ipsi nos crude
liter odiūt et ideo nō nocēt quia
vires deficiūt. Refert q̄ppe Ein
cētius in speculo historiali li. xxx
c. xv. Qd̄ anno dñi. m. c. lxxiij.
Philipp⁹ rex fr̄acoꝝ iudeos d̄ to

to regno expulit: eo q̄ iudei qui
parisus manebāt singulis anis
christianū vnū in oppbriū chri
stiane religionis quasi p̄ sacrifi
cio in cripti et fossis subterraneis
latenter in die cene vñ in illa sa
cra ebdomada iugulabāt. Mul
ti propterea fuerūt cōbusti. Tūc
sanct⁹ Ricardus cui⁹ corp⁹ in ec
clesia sancti Innocētij paris⁹ re
quiescit a iudeis sic interfecus
et cruci affix⁹ feliciter p̄ martyriū
migravit ad deū: vbi etiā p̄ eius
intercessionē miracula multa fa
cta sunt. De iniquitate iudeoꝝ co
piose dixim⁹ in tractatu de timo
re iudicioꝝ dei: et in sermone de
innocētia xp̄i in opere de laudi
bus sanctoꝝ. Ipsi igit̄ prop̄ sup
biam indurauerūt ceruices suas
qui in sua obstinatione condē
nabuntur penis inferni perpe
tuis: a quibus nos liberet chri
stus dei filius cuius nomen sit
in eternum benedictus Amen.

¶ Feria tertia terte ebdomad̄
De superbia transgressorum le
gis canonice. Sermo
decimus septimus.

Uecunque

dixerint suate et facite
verba sūt redempto
ris nostri. Math̄ei
xxij. capitulo. et in euangelio ho
dierno. Superborum mentes
omnem maiorum obedientiam
non solum refugiūt: quinimmo
corde inflato spernunt buccisq̄

inflatis blasphemant. Aiunt enim non esse conueniens hominem rationalem quem deus condidit liberum: vinculis alicuius legis astringi. Contra quos diximus in alio quadragesimali nostro in sermone de obedientia dei: ostendimusque congruum fuisse ut homini darentur obligatoria mandata. Sed preter illa que ibi posita sunt. Thomas prima secunde questio. xcv. addit quod ultra diuinam legem ad pacem hominum et virtutem acquirendam opus fuit ut leges instituerentur humane. Quarum aliquae canonice aliquae civiles vocantur. Quia vero superbi has obseruare recusant. Ideo hodie nostra die de superbia transgressorum legis canonice dicemus. Proponemus autem de ipsa lege canonica tria mysteria declaranda.

Primum dicitur obligatiōis

Secundum mutationis.

Tertium dispensationis.

Quod omnes christiani obligantur ad obseruandam legem canonice in qua dantur quæplura precepta.

Capitulum primum.

Primum mysterium declarandum de lege canonice dicitur obligatiōnis. in quo tria sunt videnda.

Primum quid est lex canonice

Secundum omnes christiani obligentur ad eius obseruantiam. Tertium que sunt precepta

legis canonice: que obligant ad mortale. Ad primum dico quod lex canonice est lex ecclesie. et dicitur canon. Canon vero secundum Isidorum in libro ethimo. grece: latine regula nuncupatur. Regula autem dicta eo quod recte dicitur nec alicuius alio: subtrahit. Alii dixerunt regulam dicitur quod bene regat vel normam bene viuendi prebeat: vel quod distortum prauumque corrigat. di. in. c. i. Et dicit ibi glo. sumaria quod constitutio ecclesiastica appellatur variis nominibus. Alii dicitur canon: Alii decretum. et alii decretalis epistola. Canon dicitur quod statuitur in generali concilio. Decretum quod statuit papa de consilio suorum cardinalium ad nullius consultationem. Decretalis vero epistola quas statuit papa vel ex se vel cum consilio cardinalium. Inueniuntur etiam alie canonice institutionis appellationes: ut dogma: mandatum: sanctio. Dogma est in doctrina persistens fidei christiane. Mandatum in doctrina de moribus. Sanctio ubi pena adiicitur in unum aliquid ponitur pro alio: xxv. q. ii. ca. si quis. Secundum quod est videndum verum omnes christiani obligentur ad obseruantiam legis canonice. Et ad hoc ridentur quod sic: unde scribitur extra de constitutionibus. c. canonum. Canonum statuta ab omnibus custodiantur: Glo. super verbo statuta Non abrogata illa enim seruanda non sunt: xxvi. di. c. i. xxvi. q. vltima. c. vltimo. Et iterum glo. ibi. Statuta

seruanda sunt continentia precepta
vel prohibitiones. Alias si de co-
silio loquerent non obligarent
iiii. q. i. c. quod precipitur. Prece-
pta igitur ecclesie obligatoria sunt.
Sicut etiam probatur di. xii. c. precepti.
et canon decet. Et di. xix. c. in me-
moriam. c. nulli fas. Et An. et dei fil-
lius ihesus benedictus Athathai
xviii. c. dixit. Qui ecclesiam non au-
dierit scribiti sicut ethnicus et pu-
blicanus. Et contra arguet ali-
quis quod viri iusti non obligantur
ad obsequentiam legis canonice. nam
ut inquit apostolus Petrus ad thimotheum
primo capitulo. Lex iusto posita non
est sed impijs. Et ad quod respondet
Thom. i. q. xvi. quod lex de sui ratione
habet duo. primum est quod est regu-
la humanorum actuum. Secundum quia
habet vim coactionis. Dupliciter
ergo potest aliquis legi esse subiectus
vno modo sicut regulatum regule. et
hoc modo omnes qui subduntur potestati
subduntur legi quam fecit potestas.
Quod autem aliquis non subiiciatur potestati
potest contingere dupliciter. vno modo quia
est absolutus simpliciter ab eius subiectione.
vnde illi qui sunt de vna ciuitate
vel regno non subduntur legibus
principis alterius ciuitatis vel regni
sicut nec dominus eius. Et alio modo secundum
quod regit alia lege superiori: puta si
aliquis sit subiectus preconsuli regu-
lari debet eius mandati. Sed non in
his que dispensantur ab impatore.
Quoniam enim ad illa non astringitur
mandato inferioris cum superiori man-
dato dirigatur. et hoc contingit quod
aliquis simpliciter subiectus legi secundum aliam

qua legi non astringatur secundum quod regit
aliam lege superiori. Et ad hoc fa-
cit quod dicit Augustinus di. viii. c. Que-
stra mores. Sicut in potestatibus
humane societatis ad obedi-
endum maior minori recte preponitur
Ita de omnibus. Alio modo dicitur alius
quis subiectus legi: sicut coactus co-
gendi. Et hoc modo homines sunt
si non subiiciuntur legi: sed solum mali.
Quod enim est coactus et violentum est
desiderium voluntati. voluntas autem bo-
norum consonat legi a qua voluntas
malorum discordat. Et sic intelli-
gitur dictum apostoli quod iusto non est po-
sita lex per modum coactionis: quod vo-
luntarie obedit. Et secundo alius est sub-
iectus quod non omnes obligantur ad ob-
seruantiam legis. Et Mat. xix. q. ii. c.
Due sunt leges. Et extra de
regularibus. c. Licet. Ponitur dictum
apostoli: vbi spiritus ibi libertas
scilicet quod qui lege preuata spiritus san-
cti. ducunt nulla ratio exigit ut
astringatur lege publica. id est humana.
Nam lex spiritus sancti est super omnes leges
humanitas posita. ex quo videtur
quod illi qui ducuntur lege spiritus sancti non
subduntur legi humane. Et ad quod
respondetur quod tales non subduntur le-
gi humane quantum ad ea que sunt contra-
ria ductioni spiritus sancti. Sed in
hoc ipsum est deductio spiritus sancti
quod viri spirituales subiiciantur legibus
humanis secundum illud petri Sub-
diti estote omni humane creatu-
re propter deum. Vnde Ambrosius.
xi. q. i. capi. Magnam ait. Magna
quidam est et speciale do-
cumentum quod ipsiani viri preteritis

sublimioribus decenter debet esse
subditus ne quis constitutioes terreni
regis putet esse soluendas. Si enim
ceterum filii dei soluit quis tu tantus es
qui non putas esse soluendum.

Tertio arguitur quod non omnes ob-
ligentur ad obseruationem legis huma-
ne. Nam papa et imperator legibus
non stringuntur. ff. de legibus. l. princeps. i. q. iij. ca. **L** uncia. **A**d
hoc etiam dicitur quod hoc sic dicitur intelligi
quod princeps est solutus legibus non
quod non debeat illas seruare cum im-
perator et papa profiteantur se legi-
bus velle viuere. l. de legibus
l. digna vox. l. d. testamenti. l. ex
imperfecto. ff. de i. q. vij. c. Nos. scilicet
intelligendum quod princeps non est
subditus quantum ad vim coacti-
uam nullus enim cogitur a seipso. non
enim habet lex vim coactiuam
nisi ex principis potestate. et sic dicitur
princeps solutus lege quia si trans-
greditur nullus potest in eum ferre
sententiam damnationis. An iherosolymis
de pe. di. iij. c. **T**ota. **S**up illo uerbo
David: tibi soli peccaui ait.
Rex enim erat et alium non timebat
scilicet qui possit eum punire de adul-
terio: et ideo dixit: tibi soli pecca-
ui: quasi dicit. Tu solus habes
me punire. **S**ed in quantum lex ha-
bet vim directiuam princeps est sub-
ditus legi sue propria. scilicet voluntate
et debet seruare. **A**nde Isidorus.
di. x. ait. **I**ustum est principem obtem-
perare legibus suis. **L**unc etiam
met sua iura ab alijs seruanda quam
ipse primus reuerentiam prebet. **E**t
dominus iesus redarguit eos qui im-

ponunt alijs onera grauiora et impo-
tabilia et digito suo nolunt ea mo-
uere: ut patet in euangelio hodierno
non solum quantum ad dei iudicium
princeps non est solutus legibus
quantum ad vim directiuam. **S**ed de-
bet uoluntate non coactus seruare

Est enim princeps super lege in quantum
cum expediens fuerit potest eam mu-
tare: et in ea pro loco et tempore dispen-
sare. **T**ertium quod erat uidentium
Que sunt precepta ecclesie que obli-
gant ad mortale. ff. et ad hoc sciendum
quod licet sint multa tamen ex illis nos
aliqua explicabimus. **P**rimus
preceptus est de celebratione festorum
de quibus agit. de con. di. iij. ca.
Pronunciandum. et extra de ferijs
pro totus. ff. secundum preceptum est de ob-
seruatione ieiuniorum diebus deter-
minatis pro ecclesia de quibus ieiunij
habetur de con. di. v. ca. **Q**ua-
dragesima. et lxxvi. di. pro totus. et
extra de obseruatione ieiuniorum
pro totum. ff. **T**ertium preceptum est de
abstinentia ab esu carnis omni se-
pta feria anni. de p. di. iij. c. de esu
nisi cum natiuitas christi uenerit tali
die. extra de obseruatione ieiuni-
orum. c. si. **Q**uartum preceptum est de
auditione misse diebus dominicis
et festiuis. de con. di. i. c. **A**dissas
extra de parrochijs. c. ut dominicis
diebus **Q**uintum preceptum est de con-
fessione. extra de pe. et re. c. **D**es
ff. **S**extum preceptum de confessione dicto
c. **D**es. **S**eptimum preceptum est de solu-
tione decimarum. extra de deci. pro
totum. et xvi. q. i. ca. **R**euertimini.
ff. **O**ctauum est abstinere ab omni

actu q̄ phibet̄ sub pena excoīca-
tionis ⁊ p̄ maxie late snie. Nam
p̄trariū faciēdo est pctm̄ morta-
le: siue sit lata a iure vniūsalī: si-
ue sinodali: siue ab hoīe: etiaz si
illud de se nō sit pctm̄. Puta in-
gredi monasteriū monialuz nō
mala intēone s̄ ad videndū lo-
cū de se nullū ē pctm̄. S̄ si est la-
ta snia excoīcationis p̄tra ingre-
dientes: ingrediēs extra casum
nc̄itatus peccat mortaliter. Et
hoc nisi excuset eū ignorātia iu-
ris illius ⁊ habeat iustā causam
ignorantie: ⁊ nisi iniuste snia fe-
rat̄ ab homie. Mā ⁊ si liget talis
snia nō t̄m cōsciētia in cōspectu
dei nisi p̄tēneret. xi. q. iij. c. ⁊ si dā-
naris. Nota t̄m hic sc̄dm glo. i. c.
Relatū. extra de iure p̄ronatus.
q̄ si quid phibeat̄ sub pena ex-
coīcationis siue anathemati licet
quis faciat cōtra nō est excoīcat̄
s̄ dz excoīcari. Sec̄ videt̄ si di-
cat̄ sub interminatiōe anathema-
tis: vel si dicat̄ s̄b excoīcatōis in-
terpositiōe: q̄ qui p̄tra fac̄ ē excoī-
catus. lxxij. di. c. saloniāne. extra
de locato ⁊ p̄ducto. c. i. q̄ per il-
la x̄ba innuit̄ q̄ excoīcatōis sen-
tētia lata sit. extra de simonia. c.
Sicut. ¶ Monū p̄ceptū est d̄ vita-
cōi excoīcatorū. xi. q. iij. c. cū excoī-
cato. ⁊ hoc in diuinis officiis. Mā
participare cū excoīcatū excoīca-
tione maiore in diuinis sciēter
est mortale sc̄dm tho. ⁊ alios: etiā
participando in alijs vt loquela
mēsa q̄n hoc fieret in p̄tēptū ec-
clesie v̄l post phibitionem prela-
torum sp̄ealiter factū super hoc

Mota tamē hodie q̄ decretū cō-
stantiense hoc fuit modificatum
sc̄s q̄ nō tenent̄ fideles excoīca-
tos vitare etiā in diuis: nisi p̄
q̄ fuerint publice denūciati: vel
p̄pter publicam manuū iniecu-
onē in personā eccl̄iasticā. t̄m ex-
tra de snia ex. c. Cum nō ab ho-
mine. habet̄ in textu ⁊ glo. q̄ q̄n
aliquis scit aliquē fore excoīcatū
s̄ ille non sit denūciatus dz eum
vitare. Et si solus nouit p̄uatus
tantum euitet. vi. q. vii. c. Tantū
⁊ c. Placuit. ¶ Decimū p̄ceptus
cōcernit cl̄icos qui tenent̄ quoti-
die dicere septē horas canonicas
Extra de cele. missa. c. Dolētes
¶ Undecimū p̄ceptum q̄ religi-
osi non dicant aliqua retrahen-
tia homines a solutione deciaz
⁊ q̄ cōfessores faciant p̄sciaz cō-
fitebibus de decimis: ⁊ q̄ p̄dica-
tores p̄dicēt de materia decima-
rum cum fuerint sup hoc a prela-
tis eccl̄iarū requisiti in dēmen-
tina Lupiētes. de penis. ¶ Du-
odecimū p̄ceptum q̄ volētes
nubere non p̄trahant si habent
aliqd̄ impedimētū illo impedī-
mēto stante. Et q̄ non p̄trahāt
m̄rimonia clādestine. ⁊ q̄ nō cō-
sumant m̄rimoniū: nec faciāt nu-
ptias in tpe phibito ⁊ filia. sunt
⁊ alia p̄cepta eccl̄ie que omitti-
mus causa breuitat̄.

¶ Qd̄ lex humana ex rōnabili
causa sc̄dm ea q̄ occurrere pos-
sunt mutatur rationabiliter.

Secundum Capl̄s. ij.
mysteriū declarandum

de lege canonica dicitur mutatio. dicitur augustinus in libro de libero arbitrio. lex temporalis quae iusta sit: mutari tamen per tempora iuste potest. et de sententia excommunicationis. libro vi. c. Alma. Alma mater ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat et consule quae suadente subiectorum utilitate postmodum consultius ac rationabiliter reuocat in melius uel commutat. Pro cuius declaratione dicitur in prima sede. quod vij. articulo. i. Lex humana est quaedam dictamen rationis quo diriguntur actus humani. Et secundum hoc duplex potest esse causa quod lex humana iuste mutetur. una quod ex parte rationis: alia vero ex parte hominum quorum actus humana lege regulantur. Ex parte quod ex rationis: quod humane rationi naturale esse videtur: ut adatum ab imperfecto ad perfectum veniat. Unde videmus in scientiis speculatiuis quod quae primo philosophati sunt quaedam imperfecta tradiderunt: quae postmodum per posteriores magis sunt perfecta ita est etiam in operabilibus. Nam primi qui inueniunt aliquid utile commutari hominibus non valentes omnia ex se ipsis considerare instituerunt quaedam imperfecta in multis deficientia quae posteriores mutauerunt instituentes aliqua quae in paucioribus deficere possent a communi utilitate. Ex parte vero hominum quorum actus lege regulantur lex recte mutari potest per mutationem conditionis hominum quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediunt. sicut Augustinus ponit exemplum in primo de libero arbitrio. quod si populus sit moderatus et gra-

uis consilium utilitati diligentissimus custos recte lex fertur quae sibi liceat in gratiam creare per quos res publica administretur. Porro si paulatim populus deprauatus habeat venale suffragium et regimur flagitiosis sceleratisque committat recte admittitur potestas tali populo dandi honores et ad paucorum bonorum reditus arbitrium. Et quoniam lex humana deriuatur a lege naturali quae est immutabilis non tamen sequitur quod ipsa etiam lex humana sit immutabilis. Ratio est quia lex naturalis est quaedam participatio legis eterne: ideo immobilis perseuerat quod habet ex immobilitate diuinitatis instituitur naturam. Si ratio humana mutabilis est et imperfecta. Et ideo lex humana ab ea procedens est mutabilis. Item quia lex naturalis continet quaedam vniuersalia precepta quae semper manent: lex autem ab homine posita quaedam precepta particularia secundum diuersos casus qui emergunt. Ex quo sciunt iura civilia siue communitaria: siue municipalia mutata sunt diuersis temporibus: ita et iura canonica. Quod ostendit gratianus per exemplum circa electionem pontificum. dicit enim dist. lxxij. §. post. c. Nota. Principibus et imperatoribus electiones summorum pontificum atque aliorum episcoporum: ut Gregorij et Ambrosij referendas usus et constitutio tradidit per scismaticorum et hereticorum dissensionibus quibus ecclesia diuisionibus percussa perditabat. Representabat ergo electio catholicorum principibus ut eorum auctoritate roborata nulli hereticorum vel scisma-

ritoꝝ aueret d'raire. Et in. s. se
 quenti. subdit verū q̄ impatores
 aliquñ modū suū ignorantes nō
 in numero d' sentiētū: s; p̄mi d' d'
 s'ribuētū iūdo exterminatiū esse
 voluerūt. Frequēter etiā in herē
 ticoꝝ p̄fidiā p̄lapsi catholice ma
 tris ecclie vnitatē impugnare co
 nati sunt: scōꝝ patꝝ instituta cō
 tra eos p̄dierūt vt se electiōi nō
 ingerēt. Et q̄s q̄s eoz suffragio ec
 clesiā obtinēt anathemati vīncu
 lo inmodare. ¶ Sic etiā sc̄ptura
 diuina dicit q̄ Ezechias postq̄
 dissipauit excelsa vbi. s. ydola co
 lebant d' fregit etiā serpētem ene
 um. quē fecerat moyses: q̄ illum
 serpētem de' fieri iusserat ne ser
 pētina morte p̄pls interiret. Ille
 autē p̄pls iā venerari et colere ce
 perat. Idcirco destruxit. iste qd̄
 deo volēte fecerat ille. Et p̄ hoc
 magna auctoritas ē in ecclia ha
 bēda: vt si nōnulli ex p̄decessori
 bus et maiorib' fecerūt aliq̄ statu
 ta. s. q̄ p̄ illo tpe fuerunt sine cul
 pa et postea vniūt in erroꝝ et su
 p̄stitionē sine aliqua tarditate et
 cū magna auctē destruēda sunt.
 Hec granus. Et dicit ibi glo. q̄
 successores debēt mutare facta i
 stituta antecessoꝝ: etiā bona si vi
 derint esse p̄nicioſa exēplo. xij. q.
 i. c. Vidētes. xxxi. q. i. c. i. xvi. dis.
 c. bñ. in fine. extra de decimis. l. c.
 Suggestū. ¶ Notandū tñq̄ mu
 ratio legū fieri nō d' sine cā mul
 tū vtili v' necessaria. vñ nicola'
 papa di. xij. Ridiculū inq̄t ē et sa
 nis aboiabile dedec' vt traditioſ

nes q̄s a p̄rib' accepim' infringi
 patiam. Idō inq̄t Tho. vbi. s. q̄
 lex hūana intantū recte mutat i
 quātū p̄ ei' mutationē p̄uidetur
 bono cōi. Habz autē p̄ta legē mu
 tatio quantū in se est qd̄ dā detri
 mētū cōis salutē: q̄ ad obseruan
 tiā legū plimum valet d' s'uetudo
 vnde qñ mutat lex vis d' s'uitutis
 ua legū minuit in quātū tollitur
 cōsuetudo. Et ideo nunq̄ d' lex
 mutari nisi ex alia p̄te tñ recom
 pēset cōi bono cōiq̄ salutē quan
 tū ex ista parte derogat. Qd̄ qui
 dē d' t̄ngit ex hoc q̄ aliq̄ maxima
 et euidentissima vtilitas ex nouo
 statuto puenit v' ex eo q̄ est ma
 xima nēcitas eo q̄ lex constituta
 aut ḡuamen aut iniquitatē d' t̄ncet
 aut ei' obſuatio est plimū noci
 ua. Unde dicit a iurisperito: q̄
 in rebus nouis cōstituēdis em'
 dens debet esse vtilitas vt rece
 dat ab eo iure qd̄ diu equū visū
 est. Et cū leges habeāt maximas
 virtutē ex consuetudine vt dicit
 philosophus sedo politice. Idō
 non sunt d' facili mutāde. ex hoc
 in decretū ponunt multa q̄ a con
 silijs v' sūmis pōtificib' edita q̄
 tamē sunt imutata seu reuocata
 Aliq̄ q̄ppe abrogata p̄ cōtrariā
 d' s'uetudinē. Sicut dixim' in ser
 mone de d' s'uetudine. de ieiunio
 inchoando a clericis. de diebus
 rogationū et s̄libus. Itē. xxij. q.
 v. c. Honestum habetur q̄ iura
 mētum i iudicio fiat a ieiunis.
 ¶ Et in capitulo Decreuit. dicit
 q̄ in quadragēſima in aduentu

in diebus dñicis nō exigantur
vel exhibeant iuramēta. s. solē
nia in iudicio. Et utrūq; ē abro
gatū p contrariā cōsuetudinē. mlt
ta etiā edita ātīquo iure sunt im
mutata. Sicut electio sūmi pon
tificis nō a cardinalib; tñ s. etiaz
ab alijs religiosīs et clericis fa
ciēda auctoritate Nicolai pape.
Sicut habet. xiiij. di. c. In noie
dñi. Ita epoz electio nō a cano
nicis tñ. s. maioris ecclie: s. etiā
ab alijs clericis faciēda sū ordi
nationē Innocēti factā in cōs
lio rome: que habet di. lxij. ca.
Obeuntib;. S; electio pape ho
die fit a cardinalib; vt in. c. Ubi
periculū de electione li. vi. Ele
ctio epoz sū iura cōia fiebat a
canonicis cathedraliū eccliarū
et confirmabat a metropolitanis
S; hodie sūmi pōtīfices reser
uant sibi puisionē et collationē
oium dignitatū. s. patriarcharū
metropolitanorū epoz: abbatū
p̄posituraz et plebanatū seu po
ratū et eccliarū collegiatarum
Item di. lxxij. et lxxvij. p̄ totū
habet de etate ordinandorū. s. q
ad subdiaconatū nō debeat q̄s
ordinari ante annū. xx. Ad dia
conatū ante xxv. Ad p̄biteratū
ante xxx. Ibi etiā habet de cer
tis intersticijs seruandis inter
ordinē et ordinē. S; p̄ clementi
nā de etate et qualitate ordinan
dorū hec imutata sūt: et ibi de ter
minat q̄ subdiacon; in. xvij. an
no Diacon; in. xx. Sacerdos in
xxv. inchoato et si nō cōpleto va

leant ordinari. Et non ante sine
dispensatione pape. Nec intersti
cia illa oportet seruari. S; si lei
gitima etas existit ad oēs ordi
nes infra annū pōt; q̄libet p̄mo
ueri Immo infra vnā q̄dragesi
mā vt. s. in prima dñica ei; reci
piat oēs ordines minores. In
sequēti sabbato subdiaconatus.
In sabbato añ dñicā de passio
ne diaconatū. In sabbato sacro
sacerdotiū: dūmodo al; sit ydo
neus. Item in causa. xxxv. q̄ po
nunt in. q. ij. iij. et. v. quo ad
grad; cōsanguinitatū phibitos
ad cōtrahendū matrimonius. s.
sex grad; correcti sunt et imuta
ta p̄ decretalē Gregorij noni q̄
habet extra de consanguinitate et
affinitate. c. Non decet vt dicit
glo. vbi diminuunt; duo q̄d; de
illis sex q; difficile erat et menti
retinere tot q̄d; vñ mlti ex igno
rātia strahēbāt in gradib; phi
bitis. Item. ij. q. iij. c. Sepe cō
tigit. statutū erat q̄ cū furtū repi
tur factū in monasterio: et igno
rat aucto; debers fieri talis pur
gatio: vt abbate v̄l alio ex mōa
chis celebrāte missaz oib; detur
cōmunio sub hac forma. Corp;
dñi sit tibi ad p̄bationez hodie.
Dicit glo. et bñ q̄ istud statutū ē
abrogatū q; idebite fieret. Sic
et alia mltā sūt q̄ singula recēse
re nimis foret prolixum.
¶ Qd̄ in lege positū rōnabi
lis est dispensatio que fit. vel ex
vtilitate vel ex necessitate.

Capitulum tertium.

tertium mysterium declarandum dicitur dispensatio. ubi sciendum quod dispensare in legibus vel eas interpretari spectat ad prelatos et rectores qui. s. in huiusmodi habent potestatem: nisi subita necessitas occurrat cui oporteat subito obviare ne sequatur aliquid inconueniens. Nam tunc ipsa necessitas habet annexam ipsam dispensationem legem et quilibet per se potest interpretari legem et dispensare secum et precipue cum non potest ad superiorem habere recursum ut patet. i. q. i. c. Si ergo. Puta cum quis grauer infirmatur tempore ieiunii ab ecclesia instituti per seipsum potest dispensare secum in lege ieiunii et interpretari quod non obliget ad illam. In obseruatione enim legum vel preceptorum marie dicitur attendi et seruari intentionem ferentis legem vel preceptum de qua si constat et contraria sit ad scripturas legis vel verbum precepti eque obediendum est omnia littera legis vel precepti. rrr. q. v. c. Humane. Si autem dubitatur de intentione standum est littera secundum Archidiaconum vel habeat recursus ad superiorem si potest haberi cuius est interpretari et dispensare: vel si non potest haberi habeat consilium peritorum. Possunt autem ipsi prelati debet cum adest causa rationabilis dispensare: puta alicuius necessitatem vel utilitatem. unde extra de prebendis. c. Exposuisti glo. ait. Necessitas vel utilitas ista duo frequenter dispensationem inducunt. i. q. vii. ca. Tali. Unde Hostiensis. ita diffinit dispensationem. Dispensatio est iuris alleviatio facta cum causa. i. rationabilis

cognitione ab eo qui potest. Si vero prelati absque rationabili causa vel saltem dubia per sola voluntate licentiam tribuunt veniendi contra legem secundum Bernardum in libro de precepto et dispensatione non erunt dispensatores sed dissipatores: et peccabunt ipsi dispensantes cum dispensatis si eis videtur. Et quod papa in ecclesia dei habet plenitudinem potestatis in omnibus pure positus habet plenitudinem potestatis dispensandi. et sic dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui de constitutionibus in c. Licet li. vi. quantum. s. ad interpretationem et dispensationem. Et prelati autem dispensare possunt secundum commune opinionem doctorum in his que non sunt eis a iure prohibita. Extra de simonia excommunicationis. c. Super. et di. l. ca. Ad idem: Que autem eis prohibentur habes in glo. In necessitate vero manifesta in omni lege positiva dispensat. unde i. q. i. in c. Remissio nem. extra de obseruatione ieiuniorum. c. Consilium. Necessitas non habet legem: sed ipsa sibi leges facit. Et de regulis iuris. c. Quod non est. Quod non est licitum in lege necessitas licitum facit. Nam et sabbatum custodiri preceptum est. Adachabei tamen in sabbato sine culpa pugnat. et ad idem facit. c. Quarto. extra de consuetudine. et de consuetudine. di. iii. c. Peruenit et de consecratione. di. v. c. Discipulos. et lxxi. di. c. Quisquis. et c. delictum. et lxxi. di. c. Cum omnibus. et extra de furtis c. Si quis. Si querunt aliqui quare si quis furatur propter necessitatem famis debet tres hebdo

inadas penitere: vt dicitur preteracto
 c. Si quis. Respondet glo. q. mo-
 dica fuit necessitas: si magna
 fuisset non inponeret penam. Ad
 huc queritur quare non excusatur
 mulier a fornicatione propter ne-
 cessitatem famis. ff. de ritu. nuptia-
 rum. l. Dalas. §. non est sicut excu-
 satur a furto. Respondet glo. q. p
 necessitatem res facta est communis vt rly.
 di. §. i. r. xxij. q. ij. in. c. Quid autem
 si in fornicatione non est ita. Ideo
 nulla necessitate debet fornicari. lxxv
 vij. di. c. Fornicari. et ponitur de by
 mulier omnia mala sustinere quod for-
 nicari. xxvij. q. v. c. Ita ne. Amplius
 queritur: cur excusatur homo ab
 homicidio si ex necessitate inuen-
 tabili se defendendo aliquem occi-
 dit. Ad hoc dicit glo. q. interfi-
 ciones non imputantur: si potius qui
 interfecit est se interfecit qui ag-
 greditur illum. Extra de homicidio
 c. Sicut lator. Spiritus sanctus igitur
instigante multa a sanctis patribus edi-
ta sunt saluberrima statuta et san-
ctissime constitutiones quibus pos-
sent fideles spiritualiter vivere. Et
 hodie ipsam populi aures habet
 et non audiunt: quoniam pauci sunt qui
 implere studeant illa precepta eccle-
 sie que in prima parte explicamus
 Quinimo laudant illa verbis et ap-
 probant tanquam dignissima: et digi-
 to suo nolunt ea mouere. Dies
 festi communiter violantur: non sacri-
 ficatur cum in illis vacent viri et
 mulieres vanitatibus et dissolu-
 tionibus execrabilis. Fenuria gu-
 losis mulierum et voluptuosis exosa

sunt. Adisse ex communi corrupti-
 ptela a puellis nubilibus non au-
 diunt: quibus ad choreas et vana
 spectacula pergere non videtur infam-
 mia. Sed visitare sacra dei tem-
 pla et audire diuina dedecus ap-
 pareret et ignominia. Confessiones
 vel omittunt vel sunt apparenter
 cum mente lupina: quam cum propositio
 aliena denegandi et rapiendi: et
 peccata preterita persequendi. Decime
 autem in plerisque locis non cogno-
 scuntur vel soluuntur: in alijs cum lu-
 re mentis et angustia cordis. Excom-
 municaciones et ecclesie censure habent
 in derisum: et multi sic excommunicati ec-
 clesie clauis contemnant. De cle-
 ricis non profallentibus horas taceo:
 deus iudicet illos. Religiosi
 homo multi sunt nomine et paucissimi
 re: quam etiam plerique ex illis qui vide-
 tur austeram et sanctam ducere vitam
 nullam habent reuerentiam ad clericos
 seculares: et quasi pro nichilo du-
 cunt quicquid ab ecclesia constitutum est
 pro seruatiōe seruandam et officiorum
 Quod confessiones audiunt detrahunt
 parrochianis presbiteris et ordina-
 rijs locorum: de decimis ipsi sciunt
 quam confitentibus conscientiam faciant.
 Ingerunt se quantum possunt presumptuo-
 se ad curam animarum sub spe charitatis
 et zeli. De fusso maria christiane
religionis nolle obedire traditi-
onibus sanctissime ecclesie dei. De
 matrimonijs idebite stracantur
 propter impedimenta: tamen propter dece-
 ptiones et fraudes clandestinas
 longum esset singula enarrare. Non
 sic christiani redempti pretioso san-

guine xp̄i nō sic. Que dixerint
salicet p̄res sc̄ti & eccl̄ie rectores
facite et seruate: vt sic meream̄
fieri p̄ticipes gr̄e diuine. Quā largi
atur nobis iesus xp̄s fili⁹ dei: q̄
sit b̄ndict⁹ cū patre et sp̄u sancto
p̄ infinita sc̄la seculorū Amen.

¶ Feria quarta, tertie hebdo
made. De superbia trāsgressorū
legis ciuilib. Sermo. xvij.

Plus boni

nis non venit ministrari, sed
ministrare: v̄ba sūt redēptor
ris n̄ri oriḡis. Aldathe. xx. ca.
et in euāgelio hodierno. Me d̄s
horreret hūilitatē regulā: voluit
saluator n̄r iesus xp̄s illā suo ex
emplo cūctis ostēdere qm̄ hoies
vt Lactanti⁹ refert magis voluit
exēpla q̄ v̄ba: q̄ loq̄ facile est:
prestare difficile: vt igit scribit
Actū. i. c. Lepit iesus facere et
docere. Fecit aut̄ m̄lta. S; inter
illa vnū illud nobis se offert cō
siderādū: q̄ cū ipse nō esset sub
ditus legi voluit ea q̄ erāt legis
implere. vñ et circūcisus ē et in
tēplo. viij. die post natiuitatem
oblat⁹. Quā h̄o hoc ex hūilitate
fecerit vt nobis p̄beret exēpluz
satis est execrāda supbia illorū
qui sua volūtate et nō legib⁹ vo
lūt oia facere: p̄tra quos et si di
xerim⁹ in sermōe precedēti ad
huc remanet aliqd̄ enarranduz
p̄tra eos q̄ legē hūanā let ciuile
abijciūt. Idcirco in presenti ser
mone de superbia trāsgressorū leg
gis ciuilib erim⁹ tractaturū. pro

ponemus autē de ipsa lege tris
mysteria contemplanda.

¶ Primum d̄r diffinitionis.

¶ Sc̄d̄m obligationis.

¶ Tertium abrogationis.

¶ Quid est lex et de actibus leg
gis atq̄ de illius necessitate.

Capitulum primū.

¶ Rīmū mysteriū d̄r diffini
tionis: In quos videre de
b̄ em̄ tris. ¶ Primo legis

quidditatē. ¶ Sc̄do legis actua
litate. ¶ Tertio legis necessitatē

¶ Primo videam⁹ qd̄ sit lex in
cōmuni. Et ad h̄ dicit b̄ns tho:
i. ij. q. xc. lex est ordinatio rōnis

ad bonū cōmune ab eo q̄ curas
h̄z cōmunitatē promulgata. Vbi
ponitur quattuor cōditiones
legis.

¶ Prima est rationis practice
ordinatio.

¶ Sc̄da boni cōis p̄curatio.

¶ Tertia populi vel principis
constitutio.

¶ Quarta legis promulgatio.

¶ Prima p̄ditio legis ē rōnis
p̄ctice ordiatio. Ordinatur em̄ rō
nē p̄cticā ad actiōes. ¶ dicit nā
q̄ f̄sido. q̄ lex d̄r a legendo q̄

scripta est. ¶ dicit a ligādo quia
ligat. i. obligat p̄ceptis affirmat
iuis ad agēdū negatiuis ad ca
uedū. ¶ d̄r lex ab elegēdo sc̄dm

Aug. q̄ debet q̄libz eligere viue
re sc̄dm legē. ¶ Isti autē act⁹. s. eli
gere legere & ligare sunt actus

rōnis. ¶ Moranduz t̄m vt dicit
Tho. i. ij. q. xc. articulo. ij. Qd̄

ois lex hūanit⁹ postea int̄m ha
l. iij.

bet de legis rōne inq̄tus a lege nature derivatur ex eo q̄ rōnis prima regula est lex nature. Et si iurispitus dicat. ff. de legibus. Itā ad ea q̄ de oibus que a maioribus tradita sunt: rō reddi nō pōt: hoc dicit nō q̄ leges omnes nō pcedant a rōne si iuste sunt: sed q̄ nimis esset difficile et plūrum. Sed ut dicit. phūs. v. ethi. In talibus oportet attendere exp̄torū vel seniorū vel prudentū in demonstrabilibus enūciatōib⁹ et opiniōibus nō minus q̄ demonstratiōibus. ¶ Sc̄da p̄ditio legis est boni cōmunis p̄curatō vñ Isidorus di. iij. c. Er̄it autē lex ait. Lex nullo privato cōmōs do: sed p̄ comuni utilitate civiū debet esse p̄scripta. Rō q̄ cū ois ps ordinet ad totū sicut imp̄fectū ad p̄fectū: vñ aut hō sit p̄sona cōmunitatis p̄fecte: necesse ē q̄ lex respiciat p̄prie ordines ad cōmunē felicitatē. Q̄d cūq̄ aut p̄ceptū fiat ad aliquē de aliquo p̄ticulari ope: intantū habz rōes legis inq̄tum ordinat ad bonū cōmune. ¶ Tertia p̄ditio legis ē ppli vel p̄ncipis p̄stitutio. vñ dicit Isidor⁹ li. vi. ethimo. q̄ lex est cōstitutio ppli q̄ maiores natū simul cū plebib⁹ aliq̄d sanxerunt. di. ij. decretor. Rō s̄m̄ tho. est q̄ lex ut dictū est p̄prie et p̄ncipaliter ordinat ad bonū cōmune. Ordinare aut aliq̄d ad bonū cōe est p̄ncipis vel tot⁹ multitudinis. Itā intentio legislatoris est ut hoīes ad v̄tutes indu

cat et a vicijs retrahat. s̄ p̄sona p̄riata pot̄ q̄de inducere monitiōe aut suasiōe bñ dispositos. S̄ efficaciter inducere. s̄ p̄ vim coactiūā metu penarū p̄teruos et male dispositos nō pōt nisi p̄sona publica ad quā p̄tinet p̄nas infligere. ¶ Quarta cōditio legis est p̄mulgatio. ut em̄ dicit Gratian⁹ di. iij. Leges institūtur cū p̄mulgant. Rō est q̄ ad b̄ q̄ lex obliget: oportet q̄ in notitia deducat aliorū. hoc autē fit p̄ p̄mulgationē. Et lex q̄des naturalis p̄mulgata est a deo s̄m̄ q̄ deus ea mentib⁹ hominū inseruit naturaliter cōdicendā. Lex autē exterior humana p̄mulgat quo ad p̄ns s̄bo: sed in futurum scripto. vñ legis p̄mulgatio que fit s̄bo in futurū extendit p̄ scripture firmitatē que quodāmodo legē semp̄ p̄mulgat. Illi autē coras q̄bus lex nō p̄mulgat obligant ad legē suandā inq̄tus ad eorū notitiā deuenit vel deuenire potuit p̄ alios p̄mulgatione facta. Glo. s̄o in. c. coḡcetes extra de p̄stitutōibus inqt. Ex quo publice p̄mulgata est p̄stitutio oēs tenent ad ipsius ob̄uatiā et oēs ligat post duos mēses a publicatiōis t̄pe elapsos. In autentico ut facte noue p̄stitutiones. circa p̄ncipiū. collatōe. v. nec est necesse ut singulorū auribus inculcet. xvi. di. ca. q̄d dicitis. nisi p̄bare q̄s tūc extra p̄uinciā fuisse vel aliud impedimentū. Argu. exp̄ssū extra q̄ n̄rimo. accu. p̄nt. c. cū in

tua. ¶ Secundo videamus legis ac-
turalitatem secundum Aristoteli de iudiciis decreto-
rum. Quadruplex est enim actus legis
Quis enim lex aut permittit aliquid ut
vir fortis petat premissum. Aut vetat
ut sacra virginum nuptias nulli
liceat appetere. Aut punit ut qui
cedere fecerit capite plectatur. Aut pre-
cipit: ut diliges dominum deum tuum.
Ratio istorum secundum Thomam i. ii. q. xciiij. quia
cum lex sit directiva humanorum actu-
um. Tres sunt drie actus huma-
norum. Quidam enim sunt actus boni ex
genere: ut sunt actus virtutum: et re-
spectu horum ponitur actus legis pre-
cipere: precipit enim lex actus virtutum
ut dicitur v. ethicorum. Quidam alij
actus sunt mali ex genere: sicut sunt
actus vicioz: et respectu horum ponit-
ur actus legis prohibere. Quidam
alij sunt indifferentes ex genere et re-
spectu horum dicitur lex permittere.
Possunt etiam indifferentes dici qui
parum habent boni vel mali: ut peccata
venialia. Opportet autem quod aliquid
sit per quod inducat lex subditos ut
ei obediat. Hoc autem est timor pe-
ne. Et respectu huius dicitur actus
legis punire. Non autem ponitur ass-
pectus legis: quod punitur etiam
spectat ad privatam personam cui non
est punitio lege. Quilibet enim potest
alteri punitur. Sicut punitur non
ponitur actus legis sicut punire: quia
punitur potest quilibet: sed punire non
potest nisi persona publica et qui est
minister legis: cuius auctoritate
pena inferitur. ¶ Tertio videre de-
bemus legis necessitatem. fuerunt
quippe non superflue sed necessarie.

ut inquit Thomas i. ii. q. xcij. Leges
humane ad retrahendum homines a
vicijs et inducendum ad virtutes. nam
homini inest naturaliter quidam
appetitus ad virtutem. Sed ipsa vir-
tutis perfectio necesse est quod adue-
niat homini per aliquam disciplinam
Sicut videmus quod per aliquam indu-
striam subuenit homini in suis ne-
cessitatibus: puta in cibo et vestitu
quorum initia quedam sunt a natura
sed a ratione et manu. Non autem est a na-
tura complementum ipsum. ¶ Ad
hanc autem disciplinam non de facili
sibi homo sufficiens est: quia perfectio
virtutis consistit precipue in retrahendo
se ab inordinatis delectationibus
et indebitis: ad quas homines
sunt propensi et maxime iuvenes quibus
magis est efficax et necessaria di-
sciplina. Et ideo oportet quod huiusmodi
disciplina per quam ad virtutem pueni-
tur ab alio sortiantur. Et quantum
ad illos iuvenes qui sunt propensi
ad virtutis actus: vel ex dispositione
nature vel ex consuetudine vel magis
ex diuino munere sufficit di-
sciplina paterna que est per admo-
nitiones. Sed quia inveniuntur propter
ui et ad vicia propensi qui de facili ver-
bis moneri non possunt: necessa-
rium fuit ut per vim et metum cohiberentur
a malo: ut saltem sic a malis
desistentes et alijs quietam vitam
redderent. et ipsi tandem per huiusmodi
assuetudinem ad virtutes perducerentur:
et voluntarie facerent quod metu
prius implebant: et sic efficerentur vir-
tuosi. Huiusmodi autem disciplina
cogens est disciplina legum: vnde

necessariū fuit ad pacē hominū
 ⁊ unitē acq̄rendā vt leges hūa-
 ne d̄stituerent. **¶** Hinc **Isidorus**
 di. iij. c. facte sunt. ait. Facte sūt
aut leges vt eaz metu huana co-
erceat audacia: utaq; sit iter im-
probos innocentia: ⁊ in ipsis im-
pbis formidato supplicio refre-
netur audacia ⁊ nocēdi facultas
¶ Et in p̄logo decretalū ideo lex
 p̄ditur vt appetit? nori? sub iu-
 ris regula limitet p̄ quā genus
 humanū vt honeste viuat alter
 nō ledat: ius suū vnicuiq; tribu-
 at: informat. **¶** Et si obijceret q̄
 melior est iusticia ⁊ lex anāta q̄
 ināta. Sed iudex est iusticia a-
 nimata. Dicit em̄ **Aristo.** v. ethi-
 cor. q̄ ad iudicē p̄fugiūt boies
 sicut ad iusticia gigant; lex autē
 est quasi iusticia ināta. ⁊ videt
 q̄ meli? fuiss; vt executio iusticie
 cōmitteret arbitrio iudicū q̄
 lex aliqua p̄deret. **¶** R̄ndet **Tho.**
 vbi. s. q̄ s̄m **Aristo.** in. i. rethori-
 cor. melius est oia ordinari lege
 q̄ dimitti arbitrio iudicū: ⁊ hoc
 p̄pter tria. **¶** Primo q̄ facili? est
 rep̄ire paucos sapiētes qui suffi-
 ciant ad rectas leges p̄dendas:
 q̄ multos qui req̄rerent ad recte
 iudicandū de singularis. **¶** Secūdo
 q̄ illi qui leges ponūt multo t̄pe
 p̄siderant q̄ d lege ferendū sit: s̄
 iudicia de singularib; facti sunt
 ex casib; subito ori. facili? aut ex
 multo p̄siderat p̄t hō videre q̄ d
 rectū sitq; ex vno solo scō. **¶** Ter-
 tio q̄ legislatores iudicāt in vni-
 uersali ⁊ de futuris: sed hoies iu-

dicis p̄sidentes iudicāt ad que
 afficiunt odio vel amore aut cu-
 piditate ⁊ sic eoz deprauat iudi-
 cū. Quia ⁊ iusticia anāta iudi-
 cis nō in multis inuenit ⁊ q̄ fle-
 xibilis est: ideo nemini fuit in q̄
 buscūq; est possibile lege deter-
 minare q̄ d iudicandū sit: ⁊ pan-
 cissima arbitrio hoium relinq̄re
¶ Q̄d ciuiles leges iuste sūt ser-
 uande: ⁊ q̄ aliqui licet facere p̄ter
 vba legis. ⁊ qualiter melior ē ci-
 uitati bon? minister sine lege q̄
 lex sine ministro. **Cap. ij.**

¶ Secundū misterii p̄tem-
 plandū de lege dicit ob-
 ligatōis. In quo tria sūt
 dubia declaranda.

¶ primū vtz obligent hoies in
 foro p̄scientie ad obseruantiā
 legum secularium

¶ scdm vtrum liceat aliqui sub-
 ditis legis p̄ter vba legis agere

¶ tertiu vtrū expediēti? sit ci-
 uitate regi? p̄ bonā legē ⁊ imalus
 ministrū: q̄ p̄ bonū ministrū si-
 ne bona lege.

¶ Ad primū dubiū r̄ndet **tho.** i.
 ij. q. xvi. arti. iij. q̄ si leges secu-
 lares sunt iuste: obsequande sunt.
 Ita q̄ nō obsequans peccat. vnd
Aug? di. ix. c. quicumq; ait. Qui
 legib; impatorū que p̄ dei volū-
 tate ferunt obtemperare non vult
 acq̄rit grande supplicium. q̄ aut le-
 gib; impatorū que p̄tra dei vo-
 luntatē ferunt obtemperare non
 vult acq̄rit grāde premium. Igit
 lex humana si nō est iusta q̄uis
 large dicat lex inquantū ab aliis

quo hñte auctoritatē pstituit. s̄ illud Isaye. x. c. Et q̄ dñt leges iniquas. nō tñ pp̄te est lex: quia nō ligat id est nō obligat ad sui obſuatiā. Si aut̄ iusta a deo inspirante est s̄m illud. p̄verb. viij. Per me reges regnāt & legū cōditores iusta de cernūt. Propter ea xp̄ns nascens s̄uari voluit a matre sua legē hoīs infidelis cū se. ut scribit̄ Luce. ij. c. Exijt edit̄ cū a cesare angusto ut describeretur vniūsus orbis. & ipsa iuit i bethleē Sciendū tñ s̄m tho. vbi. s̄. q̄ leges humanit̄ poste dicunt̄ iuste vel iniuste s̄m quadruplicē causā. s̄. finalē: efficientē formale: & materiale. ¶ Primo s̄m cām finalē ex fine qñ ordinātur ad bonum cōe. Iste em̄ est finis legis: utilitas cōis boni ut dictū est. Contra est lex iniusta p̄traria cōi bono. vñ qñ aliq̄s p̄fidēs iponit leges onerosas subditis nō p̄pter cōem utilitatē: s̄ p̄pter priuatā suā ut p̄pter cupiditatē vel gl̄iam faciens statuit q̄ q̄ facit talē defectū soluat t̄itū qd̄ nō p̄pter aliud facit nisi ut i de lucret. vel cū iponit tallias & gabellas ultra debitū ut thesaurizet & s̄lia. ¶ Secūdo dicūt leges iuste ex cā efficiente seu auctore. cā efficiēs legis est statūēs legē. Si q̄ nō excedit p̄tates ferent̄: qz sc̄s eas facit subdit̄ suis iusta est. Iniusta aut̄ si fert legē sup̄ eos i q̄bus nō habet p̄tatem. Puta si laicus cuiuscunq̄ dignitat̄ etiā imperialis facit legē que extendatur etiā ad clericos: ut q̄ habeāt

r̄ndere in foro, suo vel q̄ soluat tallias & h̄mōi. nō em̄ hñt p̄tates sup̄ derū. ¶ Tertio leges dicūt iuste ex forma: qñ. s̄. s̄m equalitatē p̄portioīs imponunt onera subditis in ordine ad bonum cōe. Lū em̄ vnus hō sit ps multitudinis (quilibet hō & qd̄ est & qd̄ habet est mltitudinis. Sicut quelibet pars est qd̄ est totū: vñ natura aliqñ aliqd̄ detrimentus infert parti ut saluet totū. Et s̄m hoc leges p̄portioabilitē onera imponētes sunt iuste & obligant in foro p̄scientie: vñ ex causa rōnabili rectores ciuitatū imponunt aliquas collectas: puta ad defendendū se in iusto bello & s̄m p̄portioē debitā: qui hoc recusaret: peccaret. Iniuste autē sunt leges qñ nō equaliter onera imponunt s̄m ratā vnicuiq̄ p̄tinētē & s̄m substantiā. S̄z aliq̄ nimis grauānt enormiter. Alij nimis alleuiānt. Et iste sunt violentie magis q̄ leges. Ideo nō obligant in foro p̄scientie nisi forte p̄pter vitandū scandalū v̄l p̄turbationē: p̄pter quā hō etiaz qñq̄ d̄z cedere iuri suo. ¶ Quarto leges sunt iniuste ex materia qñ sunt de rebus illicit̄ p̄tra ius diuinū vel naturale: ut q̄ adorēt idola. sic fecit nabuchodono sor legē q̄ oēs adorarent statuā Daniel. iij. c. Et tales leges nō sūt obſuade. qz ut scribit̄ Actū v. c. Obedire oportz deo magis q̄ hoīb̄. Ad idē facit. c. iulian⁹. xi. q. iij. ¶ Et nota q̄ p̄dētes leges iniquas puta ad iponendū

collactes indebitas et quam ia
 tenent ad restitutione ipsi et her
 redes eoz oium danoz que oc
 castone dictaz legum aliq passi
 sunt. r illi q idurerut coditorem
 ad tale lege faciendam quilibz in
 solidam. vt & ia pdictu est iuste le
 ges seruade sut no contene
 de. **Hinc Belassus** papa di. x. ait.
 Quis aut legis pncipum aut pa
 rum regulas aut monitiones
 pmas dicat debere coteni: nisi
 qui ipunitu sibi extimet transire
 comissus. **Secm** dubius fuit
 vtru liceat aliqui subditu legis p
 ter vba legis agere. **Ad hoc**
 dicit **Tho. i. ij. q. xvi. arti. vi.** q
 cum ois lex ordinet ad bonu co
 mune in ratur hz vim et rone
 legis in qtu aspicit id coe bonu
 Scm vo q ab hoc deficit. no
 hz virtute obligadi: vn iuris pe
 ritus dicit: q nulla iuris ro aut
 equitati paut benignitas vt que
 salubriter p vtilitate hoiuz intro
 ducuntur ea nos. duriori interpre
 tatione ptra ipsoz comodum per
 ducant ad seueritate. **Et bern.**
 li. de precepto et dispensatione
 ait. Iniquus pculdubio foret si
 ea que sunt p sola charitate isti
 tuta ptra charitate teneret. **Qd**
 tigit aut q aliqd obsuari coi
 saluti e vtile vt i plib? qd tu in ali
 qbus castib? e nocumentu maxi
 mu. qz igit legis latoz no potest
 oes casus singulares inueni ppo
 nit legem fm ea q vt i plib? acci
 dnt fer es itenides sua ad pmune
 vtilitate: vn si emgat cas? in quo

talis obsuatio legis sit danosa
 no salutifera: talis lex no est ser
 uanda. Sicut si in ciuitate obses
 sa statuat lex q porte stet clausa:
 hoc est vtile comuni saluti vt in
 plurib?. Si aut ptingit casus q
 hostes insequat aliquos ciues
 p quos ciuitas pseruat: damno
 sissimus esset ciuitati si porte eis
 no aperiant. Et ideo in tali cau
 porte essent eis aperiende contra
 vba legis vt suaret vtilitas com
 munis qua intendit legis latoz.
Propterea dicit in glo. in plo
go decretalium. Nouis morbis
 noua couenit antidota pparari
 extra de iuramento calunie. c. ce
 teru. **Et varia experimeta mor**
boz: varia nos cogunt remedia i
uenire. l. di. c. vt constitueret. Et
qd medicameta morbis exhibet
hoc iura negotijs. Et iterz glo.
in plogo. Que de nouo emer
gunt: auxilio nouo indigent. ff. d
interrogatorijs actionibus. l. de
etate. s. ex ca. extra de officio iud
icis delegati. c. insinuante. Sz
tu considerandu est q si obsua
tio legis fm vba no habz subitu
piculu cui oporteat statim occur
rere: no ptinget ad quellbet inter
ptari qd sit vtile. sed hoc solu p
tinget ad principes q ppter hmoi
casus habet auctoritate in legi
bus dispesandi. Si vero sit sub
itu piculu no patiens tanta mo
ra vt ad superiores possit recursus
hri ipsa necessitas dispesatione
hz anexa. Nec obstat qd Aug?
dicit di. iij. c. in istis. q non licet

non licet... q non licet

alicui iudicare de lege. s. si q. s. p.
 termittat vba leg. dices se inten-
 tionē legis seruare videt q. in
 dicit de lege. Ad hoc dicitur. Il-
 le q. in casu nēcitat. agit pter vba
 leg. nō iudicat de lege: s. de casu
 singulari: in quo videt vba leg.
 nō esse seruāda. An dicitur extra de
 rescriptis. in. c. cāz. Verba in rescriptis
 vlt. legibus posita debentur pforma-
 re equitati etiā si vba nō paterent
 p. Itē si arguat q. ei est interpreta-
 ri legē cui est cōdere. vt dicitur. n. q. i.
 c. sic em. s. Ex his oibus. S. s. b.
 ditor leg. nō est p. dere legē: nec
 ergo eorū est interpretari intētiōes
 legislatoris: s. s. m. vba agere. Re-
 spondet tū. q. ille q. sequitur inten-
 tionē legislatoris nō interpretat le-
 gē simpliciter: s. in casu in quo mani-
 festū est p. euidētā nocumētī le-
 gislatorē aliud intēdisse. si enim
 dubiū sit dicitur vlt. s. m. vba leg. agere
 vlt. superiores p. sulere. Cōfirman-
 tur oia sup. dicta p. illud qd. scribitur
 xxij. q. v. c. Humane. Qd. vba de-
 bēt seruire intētiōi nō intētiō
 verbis. An. Ilari. extra de vbo.
 signi. c. Intelligentia ait. Intelli-
 gentia vborū ex causis est assumē-
 da: q. nō sermoni res: sed rei ser-
 mo dicitur esse subiectus. Ibi dicitur glo.
 vba nō sūt intelligēda statim vt
 sonare videntur maxie vbi ambi-
 gua sūt. Sed p. sideranda est intē-
 tiō loquētis. ff. de vbo. signi. l. Me-
 pos. p. culo. ff. de regul. iur. l. Sē-
 per in stipulatiōib. xxxi. q. i. in. c.
 Quō virgibus. s. r. glo. in. c. pre-
 terea. extra de vbo. signi. inquit

Dicitur est mens dicentis q. vox. ff.
 de suppellectili legata. l. Labeo.
 Nec plus vbi q. voluntas inspi-
 ci dicitur. l. que res pignori obliga-
 ri p. tit. l. vlti. sequitur tū. q. q. quis
 sapiētes nouerint intētiōē suā
 vbi explicare r. cōditores legū
 fuerint sapiētes: tū nullū ita sapi-
 ens vt possit oēs casus excogita-
 re. An. ff. de adm. re. ad ciui. p.
 tinen. l. ij. s. si eo tēpe dicitur. Fortui-
 tos casus nullū hoim. p. silium p. ui-
 dere p. tit. Ideo non potest suffi-
 cienter per verba sua in lege ex-
 primere ea que conueniunt ad fi-
 nem intētiōem. Et si posset legis-
 lator oēs casus cōsiderare nō
 oporteret q. oēs exprimeret p.
 pter confusionem vitandā: s. le-
 gem ferre debet s. m. ea que eueni-
 unt: vt in pluribus. Tertium
 dubium erat vtrum expediētū
 sit ciuitatē regi per bonam legem
 r. malus ministeriū: q. per bonū
 ministeriū sine lege. Et geral-
 dus odo. super. v. ethicoz dicit q.
 per bonū ministeriū. Quia illud
 regimen est ciuitati expediētū
 qd. est ad finem r. felicitatem ciui-
 tati efficacius. hoc aut. est regimē
 boni viri: quare ipsum expediē-
 tius est regimine bone leg. Max
 finis r. felicitas ciuitati est esse ci-
 ues iustos prudentes r. bonos.
 hoc habito cetera necessaria ci-
 uitati faciliter habent. S. q. ad
 hoc sit efficacius regimē boni vi-
 ri apparet ex tribus: in quib. vir
 bon. excedit legē. s. Fidelis. Po-
 tentia. Prudētia. Iusticia. q. vir

bonus sit potentior: p[er] q[uo]d q[ui]ntuor
 sunt motiua q[ue] conuincit tota po-
 tentia faciendi hoies bonos. I.
 mer[itu]s: amor: exhortatio: exemplū
 ¶ De metu Aristo. dicit. x. ethic.
 Multi obediūt magis necessi-
 tati q[uam] h[um]i[li]t[ati] t[er]ra[rum] iacture qua timet
 magis q[uam] bono. ¶ De amore et
 sequit[ur] ibidē q[uo]d paterni h[um]i[li]t[ati]
 t[er]ra[rum] mores magis habēt de p[ar]te
 q[uam] legalia t[er]ra[rum] ciuiles mores p[ro]pter
 cognationes t[er]ra[rum] h[um]i[li]t[ati]. ¶ De ex-
 hortatioe dicit Ph[ilosophus]. ad pauli-
 nū: habet nescio q[uo]d latētis inte-
 gre viue vocis act[us] t[er]ra[rum] i aures di-
 scipuli de doctoris ore trāsfusa
 fortius sonat. ¶ De exemplo v[er]o
 Lactanti[us] li. iij. hoies exempla
 magis volūt q[uam] v[er]ba: Bon[us] igit[ur]
 vir t[er]ra[rum] bona lex pares sūt in metu
 t[er]ra[rum] timore. q[uo]d vterq[ue] h[ab]et ministeriū
 t[er]ra[rum] gladiū. Sed bon[us] vir h[ab]et amo-
 rem: habet exhortationē viuas t[er]ra[rum]
 exemplū bonoz operū: lex autē
 nō. ¶ Q[uo]d etiā bon[us] vir sit prudē-
 tio: p[ro]bat[ur] Q[uo]d vir prudens t[er]ra[rum]
 bona s[un]t prudentiā datā p[ro]tinēt
 notitiā s[un]t artē bene viuendi. T[er]ra[rum]
 notitia boni viri excedit triplici-
 ter. ¶ Primo extēsiue: q[uo]d lex non
 p[ot]est extendi ad oēs casus q[ui] p[ot]est
 euenire eo q[uo]d singularia sunt infi-
 nita. t[er]ra[rum] descendentiā h[ab]et vniuer-
 salibus ad p[ar]ticularia. iubet pla-
 to quiescere. T[er]ra[rum] nūc vbi lex des-
 ficit: recursus est ad arbitriū bo-
 ni viri. t[er]ra[rum] sic arbitrium boni viri
 excedit legē extēsiue. ¶ Secūdo ex-
 cedit bon[us] vir legē intēsiue: quia
 h[um]i[li]t[ati] s[un]t legis sūt vniuersales: ser-

mones boni viri p[ar]ticulares. Et
 vt dicit Aristo. in. ij. ethicor[um]. t[er]ra[rum] in
 iij. polit. Sermōes p[ar]ticulares
 efficaciores sunt in agibilib[us] q[uam]
 vniuersales. ¶ Tertio bon[us] vir ex-
 cedit p[er]fectiō aliter: q[uo]d vir bonus
 habet quandā experiētiā seu ex-
 perimentalē notitiā ita p[er]fectas
 q[uam] nulli p[ot]est inesse nisi hoī bono
 ois aut legalis notitia p[ot]est iesse
 t[er]ra[rum] bono q[uam] malo. ¶ Q[uo]d adhuc
 vir bonus sit iustio: p[ro]bat[ur] q[uo]d lex
 bona est t[er]ra[rum] p[re]ceptiua: vir bon[us] ē
 p[re]ceptiuus: opatiuus: electiu[us] t[er]ra[rum]
 volitiuus. S[ed] vbi sūt isti viri bo-
 ni: vbi q[ui] recte viuāt: q[ui] etiā p[ro]
 tot sacras leges diuinas t[er]ra[rum] h[um]a-
 nas canonicas t[er]ra[rum] ciuiles: legum
 ministri deteriores alijs expien-
 tia teste vident. Quos nō ab re
 alta voce cantare possum[us] dicē-
 tes illud q[uo]d scribit Sap. i. c. Dil-
 ligite iusticiā qui iudicat terras:
 Si hanc iusticiā maiores mino-
 ribus exhiberent: vtiq[ue] reliqua
 omnia in ciuili vita bene recte
 q[uam] fierent.
 ¶ Q[uo]d multe sunt leges ciuiles
 reprobate t[er]ra[rum] alie auctēricate que
 dā v[er]o abrogate q[ue] nō dedignāt
 sacros canones imitari. La. iij.
 Tertiu[m] misteriu[m] p[ro]templā
 dū dicit[ur] abrogatō: In se-
 cularib[us] quidē legibus
 multa diuersitas inuenit. ¶ Nā
 quedā sunt reprobate: quedam
 auctēricate: quedam abrogate.
 ¶ Prime sūt leges quecūq[ue] iniu-
 ste: d[icitur] quib[us] dixim[us]. Et in spēali
 omnes ille q[ui] militāt p[ro]tra eccl[esi]as

Ricā libratē. Ex quo facta est illa
 constitutio honorij tertij extra d
 sen. ex. in. c. Nouerit. In qua dicitur.
 Excoīcam⁹ oēs q̄ de cetero ser
 uari fecerint statuta edita ⁊ p̄sue
 tudines v̄l pot̄ abusiones intro
 ductas ꝑ ecclīasticā libertatē: nī
 si ea de capitularibus suis infra
 duos mēses post hui⁹ publicati
 onē suē fecerint amouere. excoī
 cam⁹ statuarios ⁊ sc̄ptores statu
 torū ipsoꝝ necnō ⁊ p̄tates ⁊ p̄su
 les rectores ⁊ cōsiliarios locoꝝ
 vbi de cetero h̄mōi statuta ⁊ p̄sue
 tudines edite fuerint ⁊ observa
 te: necnō ⁊ illos q̄ sc̄dm ea p̄sū
 plerint iudicare v̄l in publicam
 formas scribere iudicata: hec ibi
 Inno. ⁊ hostien. dicūt q̄ libras
 p̄sistit in p̄uilegijs ꝑcessis super
 sp̄ualibus v̄l tp̄alibus gn̄aliter
 vel singlariter: siue a deo: siue a
 papa: siue ab alijs p̄ncipib⁹. A
 deo ꝑcessa sūt m̄lta: vt illd. Qd̄
 cūq; ligaueris tē. ⁊ hoc quantū
 ad p̄sonā pape extēdit ad inter
 p̄tatiōes oīm dubioꝝ. extra q̄ f̄
 lii sunt legit. c. p̄ venerabilem. A
 papa p̄uilegia ꝑcessa sunt vt qui
 inicit manū violentā in ecclīā sit
 excoīcat⁹. Itē q̄ in legat̄ ad pi
 as cās sufficiāt duo testes: ⁊ m̄l
 ta alia p̄uilegia q̄ habent in iur̄
 canōico. Itē ab impatorib⁹ mul
 ta ꝑcessa sūt: vt de immuni. ecclīa
 ⁊ h̄mōi. ¶ Quedā leges sc̄lares
 sūt autēcate: vt ille q̄ honesta
 tē sapiūt ⁊ morib⁹ bonis ac reli
 gioni ꝑcordāt: vnde extra d̄ de.
 excoī. c. Super specula dicitur,

Sācta ecclīa legū seculariū nō
 respuit famulatū que eq̄tatis et
 iusticie vestigia imitant: Idē ex
 tra: de noui opis nūciatiōe. c. i.
 Et di. x. c. Lege. c. Si adiutorū
 ¶ Tertio quedā leges sūt abro
 gate eo q̄ h̄ p̄mittat a iure ciuī
 li: nī phibetur a iure canonico.
 ¶ Et in tali casu leges nō dedi
 gnant sacros canones imitari.
 Extra de iudicijs. c. clīci: extra d̄
 iuramēto calūnie. c. i. Extra de
 noui opis nūciatione. c. Intelle
 rimus. ¶ Et in auctētico vt clīci
 apud p̄prios ep̄os. §. penul. col
 latione. vi. Et h̄ plures sūt cas⁹
 ciuīlis legis q̄ phibent in iure
 canonico nos t̄n alios colligē
 gem⁹ ex illis. ¶ Prim⁹ casus ē
 in matrimonijs. nā s̄m leges ci
 uiles: fili⁹ germani vni⁹ pot̄ co
 pulare matrimoniū cū filia alte
 rius germani. vt instituta de ra
 ptorib⁹. §. Inter eas. ⁊ l. de m̄
 ptis. l. nemini. S̄ s̄m ecclīas ta
 les deb̄ ēt separari. Extra de cō
 sanguinitate et affinitate. c. Nō
 debet. ¶ Sc̄d⁹ casus est de pu
 ella rapta que s̄m leges nō pot̄
 cōtrahere matrimoniū cum rap
 tore suo. l. de raptu virginis
 l. Unica Et. xxxvi. q. ij. cap. De
 puellis. ca. Sin autem. ca. Plas
 cuit S̄ s̄m legē canonicā potest
 Extra de raptoribus capitulo:
 Cum causa vbi etiam dicit glo:
 Qualiter cūq; aliq̄ sit rapta pot̄
 contrahere cum raptore dum
 modo prior dissensu transeat
 postmodū i. p̄sensū. xxxvi. q. ij. c.

Tua. **T**ertius casus est qd scd leges civiles licitū est hoi solu to tenere mulierē solutam in cō cubinam: vt i autē. **Q**uib' mo dis filij naturales efficiunt legi timi. §. Si quis. Sed fm ecclēst am etiam simplex fornicatio est pctm mortale: et excludit a regno dei fm aplin. **P**e. corinth. vi. ca. **Q**uart' casus ē hz leges ciui les licitū est viro occidere adulte rū dephēsū i adulterio cū vro re: si est psona vilis et cui non dz reuerētiā. ff. de adul. l. Adarito et l. si adulteriū. et l. de adulte rīs. l. Braccus. **I**nsup licet pa tri qui habet filiam in potestate occidere adulterū filie i domo sua fornicantem: et occidere filiā ff. de adulterijs. l. Pr. et l. nō i ea **S**z fm deū et eccliam nichil ho rum licet. **Q**uintus casus est qd fm leges ciuiles dānat q de phēsam in adulterio et vrore. **L**. de adulterijs. l. crimē. et l. Casti tati. **S**z fm iura canonica p̄t re ttere sine vlla pena: dūmodo ip sa parata sit se emēdare. xxxi. q. i. §. obaudif. **S**extus casus fm leges mulier que mortuo mari to nubit infra tēpus luctus. id ē vnus anni infamis fit et incur rit multas penas. **L**. de secūdis nuptijs. l. i. et ii. **S**z hoc nō tenet ab ecclia. extra de secūdis nup. c. i. **S**eptim' casus est fm leges **I**llud qd relinquit in testamēto nisi habeat qnqz vlt septē testes nō valet. **L**. de testa. l. si vnus. l. **H**ac cōsultissima. instituta. de te

ra. §. si. Sed ecclia hoc nō t̄ in relictis ad pias causas vbi suffi ciūt tres aut duo testes. extra de testa. c. Lū esses. et c. Relatum. **O**ctauus casus ē scdm leges maleficia cogitandis regulariter nō puniunt. ff. de penis. l. cogi tatiōis. Sed tū omnis cogitatio mala a deo punif. de pe. di. i. ca. **O**mnis. **M**on' casus scd le ges ciuiles licet magi et malefici puniant: tamē q hoc faciūt p̄tra vētos imbres et grandines p̄ue niatur. **L**. de maleficis. l. **P**orū **S**z fm deū et eccliam talia facere grauissimū pctm ē **D**e cimus casus qd filius spuri' ex damnato coitu oī bñficio exclu ditur. **L**. de naturalibus liberis l. Licet aut. **S**z fm eccliam inter est epi facere q vterqz parentū talibus liberis necessaria submi nistret: fm q facultates suppe tūt. extra de eo qui duxit in mri moniū quam polluit p adulteri um. §. cum h̄ret. **S**ūt talij casus quos repetere nimis foret proli rum: in quib' leges seculares nō sunt seruande. tū in alijs vt sepe diximus licitis et honestis col ē de sunt: et non supba mente par uipēdende. **D**emus igit operā oēm elatōnē expellere a cordib' n̄is et fm leges sacras viuētes dignos reddamus nos grā chri sti. Amen.

Feria q̄nta tertiē ebdomade **D**e superbia hereticorum. **S**ermo decimus nonus:

Ortuus est

diues et sepultus est
in inferno. Verba sunt re-
deptoris nostri Luce. xvi. c. et in
euangelio hodierno. Audientes
plerique lectionem sancti euangelij
hodiernam in qua historia et res
gesta narratur de diuite illo qui
dānatus interijt et descendit in in-
fernū: nō solum nō expauescunt
nec cogitat de vita futura. Quin-
imo ficta esse falsaque oia illa et
opinant et dicunt. Ascēdit quippe
fumus supbie in corda eorum: exce-
tauitque illos ut nō aspiciant veri-
tatem. Spernūt scripturas et moy-
sem ac prophetas abhominantur.
Hi si puniuntur in talibus desan-
tur erroribus velut heretici puniē-
tur a iusto iudice deo. Et quoniam he-
resis vicium periculosissimum est et
abhominabile nimis: decreui in
sermone presertim dicere de supbia he-
reticorum: ob quod tria misteria pro-
ponimus de hereticis preplanda.
Primum dicitur de conditione.
Secundum specificationis.
Tertium punitionis.
Quod quinque conditiones requi-
runtur ad hoc ut quis proprie dica-
tur hereticus. **Capitulum primum**
Primum misterium de heret-
icis preplandum dicitur
de conditione. Et enim inquit
Augu. xiiii. q. iij. c. hereticus. **Hereticus**
est qui falsas opiniones
signit vel sequit. Sed ut colli-
gere potui ex dicti doctoris quinque
requiruntur conditiones ad hoc ut

liquis proprie dicatur hereticus.
Prima conditio est ut sit error
in eius intellectu. Nam heresis est
species infidelitatis. Sed infideli-
tas est in intellectu subiectiue: sicut
fides sibi propria: factum ergo
malum sine errore non facit hominem
hereticum: ut si quis fornicat aut me-
chatur hoc agat contra veritatem que
dicit. Non mechaberis. non tamen est
hereticus nisi credat vel opinetur
fornicari esse licitum. Si quis autem
obijceret quod simoniacus dicitur
hereticus. i. q. i. c. quisquis. et tamen non
habet errorem in intellectu. Ergo
absque tali conditione potest quis repu-
tari hereticus. Respondetur quod simo-
niacus non proprie sed large dicitur
hereticus propter quandam similitudi-
nem: quod ex quo emit vel vendit sa-
cra: ita agit ac si extimeret donum
gratie pecunia posse possideri. Sed
non hoc estimando sicut communi-
ter accidit non est hereticus. **Se-**
cunda conditio ad hoc quod fit quis pro-
prie hereticus est quod error sit cir-
ca ea que sunt fidei vel contra veri-
tatem determinationis ecclesie in his
quod pertinent ad fidem et bonos mores
et necessaria ad prosecutionem vite
eterne. Si enim error esset de his
quod non pertinent ad fidem: puta quod quis
credat solem non esse maiorem terra
et homini non est hereticus. **Ter-**
tia conditio que requiritur ad heret-
icum est quod error sit in illo quod catho-
lica veritate est confessus. Nam in
dei et gentiles ac reliqui infideles
non proprie dicuntur heretici. Unde
dicit Augu. quod videtur dyabolus

genus humanū a cultura demo-
nū liberari hereticos mouit: q̄
sub vocabulo xp̄iano: doctrine
resisteret xp̄iane. ¶ Quarta cō-
ditio que requirit ad heresim est
q̄ sit in eo qui fidē suscepit tali-
ter error: circa fidē q̄ aliquā ve-
ritatē de xp̄o p̄fiteat p̄tinentem
ad diuinitatē vel humanitatem
Si em̄ nullā veritatē penitus d̄
xp̄o confiteret magis p̄prie apo-
stata q̄ heretic⁹ censeret. nā he-
retic⁹ aliquā veritatē de xp̄o cō-
fitemur: apostata nō a fide nō: sic
iulian⁹ apostata. Et sic possunt
distingui heretic⁹ ⁊ apostata: h̄
aliquā vnū sumat p̄ alio. ¶ Qui-
ta p̄ditio que requirit ad here-
sim est vt q̄s talē errorē firmata
volūtate ⁊ obstinata eligat ⁊ p̄-
tinaciter sequat errores. Unde
Augu. xxiiij. q. iij. c. q̄ in ecclesia.
ait. Qui in ecclia xp̄i morbidus
aliqd̄ prauūq̄ sapiunt si correcti
vt rectū sanūq̄ sapiant resistunt
p̄tinaciter suaq̄ pestifera ⁊ mor-
bida dogmata emēdare nolue-
runt: s̄ defendere p̄sistunt: hereti-
ci sūt. Qui q̄ erraret in materia
fidei putans eccliam sic credere
parat⁹ corrigi ⁊ emēdari: cui au-
dierit veritatē: nō censeat hereti-
cus. ¶ Eū abbas Joachim in
glo. in. c. dānam⁹. d̄ sum. tri. ⁊ fi.
catho. qz parat⁹ fuit corrigi ⁊ se
correxerit: nō d̄ dici heretic⁹ h̄ ali-
quū errasset in fide in libello illo
quē fecit p̄tra petrū lombardus.
¶ Sed h̄ facit dictū Augu. xxiiij. q.
v. c. dixit ap̄ls. Morandū etiam
in Auilhel. q̄ cū dicit extra de

hereticis. c. i. Dubius in fide in-
fidelis est. q̄ h̄ intelligit de eo
q̄ sponte vult dubitare: secus de
illo q̄ aliquū vacillat circa fidem
et tentatiōe ⁊ cū displicentia ra-
tionis. Recordat h̄is Tho. xij.
q. xi.

¶ Qd̄ h̄ multe fuerint heretico-
rū secte fidei veritatē impugnā-
tes: tū hodie quoz sunt q̄ multos
inuoluunt in italia. Cap. ij.

¶ Secundū misterium de he-
reticis p̄templandū dicitur
specificatiōis. Adul-
te q̄ppe a principio nascentis ec-
clesie vsq̄ in p̄ntem diem inuen-
te sūt hereticorū secte fidē ortho-
doxā suis errorib⁹ conātes euer-
tere. Quos tū faciēte deo tādē de-
lete sunt paucis illis dū taxat ex-
ceptis que adhuc dieb⁹ nostris
inuoluunt aliquoz miserabiles
aias. Isidorus. viij. ethimo li. ⁊
xxiiij. q. iij. c. vltio. noiat hereses
quos p̄fessi sunt infra scripti: vi-
delicet. Simoniani: menandri-
ni: basilidiani: nicolaite: gnostici
caportiani: eberintiani: nazarei
ofite: valentiniani: apellite: ar-
cotiani: adamiani: caymani: se-
thiani: melchisedechiani: ange-
lici: apostolici: cerdoniani: mar-
cianiste: archoterite: aquarij: se-
ueriani: tatiani: elogij: cathafri-
ge: cathori: pauliani: hermoge-
niani: manichei: aneropomozfi-
te: heraclite: nouatiani: mōtiani:
ebionite: fotintiani: eunomiani:
origeniani: sabelliani: arriani:
macedoniani: apolinariste: colu-
tiani: floziani: donatiste: bonofi-

ani: circūcelliones: priscilliani
 ste: luciferiani: iouiniā iste heluidi
 ani: paterniani: arabici: tertulia
 niste: pelagiani: nestoriani: euti
 ciani: theodosiani ⁊ alij: quorum
 errores aperte cōmemorare nō
 est necessariū. ¶ In extrauagā
 nū Johānis. xxiij. que incipit Du
 dū ad audientiā reprobatū, er
 rores petri de corbaria ordinis
 minorū qui p̄tinaciter assererat
 q̄ Petrus ap̄tus nō fuit magis
 caput ecclie q̄ quilibet ap̄torū.
 Et q̄ xps nullū vicariū in ecclā
 dereliq̄t. ⁊ q̄ papa nō habz cor
 rigere ⁊ punire: instituere ⁊ de
 stituere impatorem. Contra cō
 stitutiōnē clemētis in demētina
 pastoralis. de sententiā ⁊ re iudi
 cata. Iste petrus d̄ corbaria fuit
 factus antipapa t̄p̄e Johannis
 xxiij. ad ordinatiōnē ludouici im
 peratoris scismatici ⁊ depositi
 ab impio ⁊ ab eo antipapa coro
 natus est. Sed postea captus di
 ctus petrus ⁊ ductus ad Johā
 nem. xxiij. Auinionē p̄fessus erro
 rē suum in carcere vitā finiuit.
 ¶ Circa annos d̄ni mille ducen
 tos q̄nquaginta in lombardia ⁊
 florentia repullulauit heresis ma
 nicheorū. Contra quos sanctus
 petrus marty: fact⁹ inq̄sitor ab
 Innocētio. iij. a tali heresi flore
 tiam purgavit ⁊ alias partes lō
 bardie. ¶ Circa annos d̄ni. Ad
 cccc. xx. exorta est heresis vscitarū
 in boemia: cui⁹ inuētor fuit qui
 dā anglicus Johānes vs noia
 tus. ¶ In demētina ad h̄m. d̄

hereticis. fit mētio de heresi ber
 gadorū. S; his ⁊ omnib⁹ alijs
 p̄termisiss in italia adhuc inue
 niunt q̄nq; species heresū siue
 hereticorum se cte.

¶ Prima est vallistarum.

¶ Secūda amodeitarum.

¶ Tertia neofitorum

¶ Quarta fraticellorum.

¶ Quinta plinistorum.

¶ Prima species heres seu he
 reticorū secta est vallistarū. hec lz
 nō multos coruperit: t̄n piculosis
 sima est. Dānat em̄ vota ⁊ iura
 menta: asseritq; religiosos voto
 se ad p̄tinentiā obligātes vilem
 gestare mentē corq; satis debile
 cū maioris h̄uitis s̄m cū sit vine
 re caste sine vinculo voti q̄ cum
 ei⁹ obligatione. Vidi sup hoc ⁊
 alijs q̄busdā erroribus neapoli
 li libellū quendā quē vnus p̄fat
 tā heres sapiēs semel t̄n michi
 ostēdere voluit. Ascribēbat aut
 libellus ille laurētio valle: q̄ no
 stro t̄p̄e vir clarus est habit⁹. ne
 scio an forte aliq; sic voluerit ei⁹
 nomē ingliofū facere. vt ipsi p̄si
 gētes op̄ hereticis opiniōibus
 deturpatū viro illi iputauerint.
 Si ip̄e libellū talē nec p̄fecit nec
 docuit in eo p̄tētor infamia ista
 accedit sibi ad gl̄iam ⁊ honorē.
 Si h̄o vt h̄o in h̄ errauit nec se
 corerit: curem⁹ nos errores per
 niciosos detestari. ¶ Legi ego i
 uectiuam quandā pogij floren
 tini qui de laurētio valla sic ait.
 Omnes illos p̄scos doctissim⁹
 mos viros quorū memoria oib⁹

seculis summe laudis veneratiōe celebrata est fera quadā immāniq; pternitate cōtemnit cōprehendit culpā aspēnatur: et tāq; fortune rotā in manu tenēs sursum deorsum voluit et versat oīa: et ad suū arbitriū trahit. vt nō a grāmaticis incipiā. Priscianus in primis: donatū: Seruiū: Pōpenū festū Romū Marcellum: Ipm deniq; Marcū varrones in grāmaticis arguit. In dialēcticis ac philosophia Aristotelē et Boeciū multis in locis affirmat errasse. Ciceronem vt eloquēte pncipē et pceptorē artis dicēdi inscius predicat. Titulium: Salustiū: Lactānium ceterosq; egregios latine lingue auctores neq; elegātes fuisse et plurimis in locis sensa verborum nō recte posuisse testat. Priscos iuriconsultos plurimū verborum significatiōē ignorasse affirmat. Quēs dānat pter vnum quintilianū quē docissimū oīm qui vnq; fuerūt et ipi Ciceroni eloquētia et docēdi arte pferat homo fanaticus affenerat. Nō legit nō quintilianū: s; ciceronem a beato Iheronimo aureū flumen eloquētie appellari qd; et Iheroni. approbat asserēs mltā ab eo pperā in sacra scriptura esse in latinū traducta. Et beatum Aug. de fato de trinitate et de diuina puidētia nō recte sēssisse fatet. Huiusq; Bogius quē puto vba dixisse qm; ego audiui eū laurētium semel in bibliotecā

ca Adinerue romē pferentē cū quodā viro docto. Et dū ille in quodam suo pposito allegasset Aug. indignāter rēdit. et temerarie Aug. non fuisse nec docte nec recte locutū. S; contra errores p̄tios nra ferre d; intētio precipue vbi religiosa et pia vota dānare p̄sumit. Res est apud oēs theologos p̄baussima: qd; bonū op; cū voto factū p̄fectū est q; sine voto et deo b̄ndictio grati; vt ps in. viij. di. xxxvij. Et de hoc plene dixim; in finē de voto in. xlv. de p̄nia. Secunda species hereticorū seu sectarū amodeitarū a quodā amodeo grāmatico in p̄tib; lōbardie exorta. Hic docebat errare eos q; dicūt scē petre vel sancte paule et sic de alijs: q; deus est solus scūs. S; v; ignaue iēpteq; motus est et theologia ignorās etiam et philosophiā cū fm oēs tā philosophos q; theologos. Solus deus est bonus p̄ essentiam solus immortalis p̄ essentiam. Solus beatus p̄ essentiam et h̄mōitū creature sunt bone immortales p̄ participationē. Sic est solus factus p̄ suā essentiam: s; alij p̄ participationē. Et nō solū noīamus p̄grue hoīes et āgelos sanctos: s; etiā p̄ participationē vocam; hoīes deos. vñ in ps. Ego dixi dñ; estis tē. Prefat; adhuc amodeus ignar; et iniquus sup̄fluas dicebat p̄fessionē sacramentalē fiendā sacerdoti: qm; de illa apli nichil reliquerūt in scriptū. ques

errore pleriq; susceperunt. Sed aduertat qz in. c. cu marthe. *Ex*tra de celebratioe missaz ita scribit. Multa ta de xbis q; de factis dñicis iuenim? in euagelistis omitta q; apostoli vl' suppleuisse xbo vel facto exp'ssisse leguntur. Paulus em in actib' aploz ca. ij. ait. Admisse vos oportet dñi iesu q; dixit. *Beati* e magis aliqd dare q; accipere. Hoc nullus qtuor euagelistaz descripsit. Nullus ena eoz exp'ssit qd paulus de xpo ad corin. scribes dixit. vis? est plus q; quingenti srib' simul visus e et Jacobo. Nouissi me aut oium taq; abortiuo vis? est et michi. *Et infra.* multa enis seruat ecclia q; ab aplis no snt tradita que in ea sint longa consuetudine approbata no sunt minoris auctoritat. *Et q; pfectio* fuit a xpo instituta et ab ecclia exercitata: h apli de ipa no scripserint hereticu est tenere illa no fore d necessitate salut. *¶ Terna e* heresis neofitoz qui in plerisq; regni neapolitani ciuitatib' commorant. *Hi* post susceptu bap'tisma iudeoz sectantur vestigia Sabbathum custodiunt: azima comedunt festa xpianoz violant et alia impie faciunt: ppter que no est dubitadu q; corde ore et ope male sentiunt de fide. *Et h; ptra* eos foret pcedendu itaq; contra hereticos vt scribit de hereticis c. *¶ Contra* in. vi. in pecunia sua superat oem iusticia. *¶ Quarta e* heresis fraticelloz de opinioe

qui dicebat xpm nil habuisse cu aplis p'p'iu nec in p'iculari nec in coi ena rez mobiliu: s; solum nudu vl' n facti eoz qbus utebatur sibi concessis p elemosina vl' p aliu modu. *¶ Contra* ista opinio nem *Johanes. xii.* locut? est in vna extrauaganti q; incipit. *¶ Ita* quoru da. et in alia q; incipit. *¶ Et* inter nonnullos illi nichilomin? fraticelli q;uis discurrat p orbem no audet in publicu pdire: s; lateter et mutato habitu incedentes cu suis coplicib' laicis conueniant in antris et cauernis multa pphana sub deuotionis specie exercetes. *¶ Anno* do dñi millesimo. cccc. quadragesimo nono tempore *Niccolai* quinti. Apud *Fabrianu* tresdeciz ex illis combustisunt et i puluerem redacti. *¶ Quinta* est heresis plinistaz. *¶ Quidam* em lectione *plini* et alioz gentiliu illecti mundu ab eterno fuisse fatentur aias mortales affirmant futuram gliam et danatoru penas negat. *¶ Sactoru* vitas laude dignas et miracula irrident: scripturas diuinas vilipendunt: atq; pdicatores euageliu audire recusant. *¶ Et* q;uis publice hec et filia docere timeat: vl' erubescat in du illis facultas se offert iter suos consocios d fidei mysterijs et xpiane religiois doctrina impudeter et ifideliter fabulantur. *¶ Qd* heretici puniuntur qtuuplici pena. *¶ Capi. iij.*

¶ Tertiu mysteriu de hereticis cotemplandu d' puniuntur in iij.

tionis. scdm em Raymundum
in summa sua heretici puniuntur
quadruplici pena. Sz nos adde-
mus et quintam.

¶ Prima pena est excoicatiois

¶ Secunda depositionis.

¶ Tertia rez ablationis

¶ Quarta occisionis.

¶ Quinta diuine vltionis

¶ Prima pena dicitur excoicatiois

¶ Dis hereticus siue occultus siue

manifestus est excoicatus: vt pz ex

tra de summa excoicationis. c. No

uerint. Similiter oēs credētes re

ceptatores et defensores heretic

corum: sunt ipso facto excoicati. Pe

trus de palude in suo quarto di

cit: qd credētes hereticorum sunt q

sz nulli heresi expse adherent

credūt in hereticos esse bonos

hoies et hē bonā fidē. Defenso

res aut sunt qd psonā defendūt:

vt aduocati pstando, patrocini

um vel tabelliones faciēdo instru

mēta vel iuuātes in causa. Qui

aut nō psonā s heresim defendit

heresiarcha c. xxiiij. q. iij. c. Qui

alioz. Receptatores sūt q in do

mo vel terra sua eos recipiūt se

mel vel plures publice vel pua

te. Iura tñ ciuilia intelligūt esse

receptatorē q latēter recipit et ce

lat et pseruat vt manus iudicis

euadat. ff. de receptationib. l. i.

Fautores sunt qui aliquā factō fa

uent mittēdo alimoniam et hmoi

Aliquā sbo vt ostēdendo: isti sūt

boni viri iniustū est agere cōtra

eos et inq̄sitores iponūt eis ma

lignē pficta. Itē cōmissione qñ

qui ptāte fungūtur in capiēdo

et sllibus: nō fauēt inq̄sitoribus

sicut debēt. Oēs istis sūt excoica

ti ipso facto sicut heretici. Qd in

telligendū est dū in viciniū ali

quo actu pdeat exteriori publi

ce vel occulte. Itē qui in ptāte ex

istēs omittit facere qd debz sz ni

chil exterius agat incurrit qd ad

idē iudiciū p̄tinet habitus et pua

rio d hereticis. c. Quicūqz li. vi.

Et. xxij. q. iij. c. qui pōt. Priuate

ho p̄sone in hoc casu si nō capi

unt vel si p̄tereunt nō detinet

fautores dici nō possunt. Et de

hereticis. c. Et inq̄sitionis li. vi.

habetur qd oēs ptātes dñi ipas

les et rectores qbuscūqz dignita

tibus vel officiis et noibus censeā

tur et eoz officiales et balliu q

a diocesanis vel ep̄is vel inq̄sto

ribus heretice p̄auitatis nō obe

diūt in hereticorum vel ipoz crede

tiū vel defensorum receptatorum fau

torum inuestigatiōe captione et

custodia diligēt cū ab eis fuerit

requisiti sūt excoicati. Itē oēs pre

dicti rectores si p̄dictas p̄sonas

pestiferas nō dixerūt vel duci fe

cerint sine mora postqz fuerit re

quisiti in ptātem seu carcerā epi

scopoz seu inq̄stoz vel ad locuz

aliū aliquē de quo ipi vel aliq̄ ex

ipis mādauerūt infra eoz dñoz

vel rectorū districtus: vbi p viros

catholicos a p̄fat ep̄is vel inq̄s

sitoribus aliquos deputatos sub

arta et diligēt custodia teneant

donec eoz negociū p iudiciū

eccleie terminetur: sint excoicati.

Item si predictos hereticos p
 crimine heresis captos: absq; li
 centia eorum vel inq;storum libera
 uerint sunt excoicati. Item sunt
 excoicati si iudicare psumpserit
 de heresi cu iudiciu sit mere ec
 clesiasticu. Item si impedierint officiu
 inq;storum p silio vl fauore sunt
 excoicati. Item oes supradicti q
 incurrissent sniam excoicationis
 et p annu sustinuerint extu vel
 lut heretici ddenant. Et nota
 q ex corpore iuris no videt ha
 beri q absolutione ab excoica
 tione ppter heresim ptracta pa
 pa sibi reseruat. Ex quo argui
 posset q ab epis posset absolui
 p. c. Nup de snia excoicationis
 S; p pcessus pape qui fit anua
 tim in curia sibi reseruat eorum
 absolutione. Item sciendu q epi
 scop; no pot ferre snias i causa
 heresis sine inq;store heretice pu
 nitat: vt habet in demetina. i. de
 hereticis. Adhuc aduertendu
 q si inq;stor t ordinari; discor
 dat i madata ptra hereticos: qz
 vn; madata puniri p se condena
 tum: alter madata relaxari per se
 absolutu. videt supsedendu do
 nec p sulas papa s; Johannes
 andree. Excoicati sunt etia inq;si
 tores excoicatione pape reserua
 ta: si odi; gre vel amoris lucri et
 comodi tpalis obtetu ptra iusti
 cia et p sciencia sua omiserint con
 tra qnq; pcedere vt fuerit pced
 endu: sicut habet in demetina
 multoz de hereticis. Dicit tu
 Johannes an. q si timore ppter

vitadu scandalu b; omitteret non
 e loc; pene. ¶ Quicunq; adhuc
 hereticos credetes receptato
 res vel fautores eorum scieter pres
 umpserit ecclesiastice traderesse
 pulure vsq; ad satisfactionem
 idonea excoicationis inie se no
 uerint subiacere nec absolutio
 nis bnficiu mereant nisi pro
 prijs manib; extumulat publice
 et pnciant hmoi corpora dnanat
 toz et locus ille ppetuo careat
 sepultura. De hereticis. c. Qui
 cunq; li. vi. Et extra de hereticis
 ca. Excoicam; dr q oes clerici
 qui exhibet talib; ecclesiastica sa
 cramenta aut elemosias vl obla
 tiones recipere debent puari
 suo officio ad qd nuq; restitun
 tur sine indulto sedis apostoli
 ce speciali. ¶ Secda pena q pu
 niunt heretici dr depositionis
 Indistincte em siue cleric; siue
 laic; etia si papa vl ipator t qli
 bet ali; dz deponi ab oi dignita
 te di. xl. c. si papa. t. xliij. q. i. c. q
 d. t oib; officijs t bnficijs spoli
 ari debet: t si cleric; sit dz de gra
 dari. S; vasalli dnoz soluti sunt
 a debito fidelitatis hominij t to
 ti; obsequi t quocunq; pacto: qcu
 q; firmate vallato si ipi dno iur
 rant in heresim. Extra de hereticis
 c. finali. Item heretici cu fautori
 bus t defensorib; suis t recepta
 torib; t ipoz filij vsq; ad scdant
 gnatione p linea paternā: p li
 neā mo maternā vsq; ad primu
 gradum: ad nullu beueficiu vel
 officiu ecclesiasticu admittuntur

Hereticus est irritus. de heresi. li. vi. ca. quicumque. r. c. statutum. Insuper omnes viri ecclesiastici qui ad preces talium receperint dignitates et beneficia ecclesiastica sunt privati. Et si receperint scienter non debent impostura admitti. dicto. caplo. quicumque.

Tertia pena qua puniuntur heretici de rebus ablatiis. Quia quod per bona hereticorum ipso iure sunt confiscata. dist. viij. c. quo iure. xiiij. q. vij. c. i. et sequenti. Sed executio ipsius confiscationis vel bonorum occupatio non debet fieri per principes seculares antequam per iudicem ecclesiasticum sententia super eodem crimine fuerit promulgata ut patet de hereticis c. l. in c. de hereticis li. vi. Et quis ipsi heretici habent filios catholicos privantur prima hereditatis in detestatione criminis. Insuper si in morte quis declararetur hereticus qui in vita non fuit declaratus possunt bona eius occupari: ut patet in c. Accusatus. de hereticis. li. vi.

Nota tamen quod propter heresim maritorum non confiscantur dotes uxorum nisi participant in heresi. Si autem revertentur ad fidem non tamen eis restituantur vel filijs bona ipsorum: sed omnia ipso iure sunt confiscata. extra de heresi. ca. Uergeria. Quod si aliter fieri non potest manu armata sunt omnia bona ab eis auferenda. xv. q. vij. c. i. Et dicit Raymū. r. Bos. quod licet ecclesia videatur dare quales auctoritatem ut omnes expolient hereticos: tamen sanus videtur tutum quod non fiat nisi specialiter edicto vel principis vel ecclesie nunciatum videatur potest ex cupiditate

vel vltione que ex iusticia vel obedientia pugnare. xiiij. q. i. ca. quod culpa.

Quarta pena qua puniunt heretici est occasione continuo enim post deprehensionem erroris nisi hereticus ad fidem reverti velit et heresim suam abiurare et satisfactionem exhibere: si laicus est subito debet comburi Clericus autem post solennem degradationem relinquitur curie seculari occidendus. Si autem revertatur ad fidem deturdi debet in perpetuum carcerari. extra de heresi. c. excoicam. sed hoc est de rigore iuris. Aditius tamen agit cum eis. Heretici autem revertentes ad fidem debent abiurare ad arbitrium episcopi sui heresim suam: et promittere per scripturam quod firmiter tenebunt fidem catholicam. ut. i. q. vij. c. quoniam. Et dicitur dist. ij. c. Ego berlegari. extra de heresi. c. Ad abolendam

Motandum tamen quod heretici puniuntur a sancta ecclesia cum misericordia et iusticia Et quantum ad spiritualia suffragia. i. collationes sacrorum penitentiarum eucharistie quantum est ex parte sua semper vult misericordia: quod quantumcumque sint relapsi admittit eos ad penitentiam et eucharistiam si convertantur ad fidem: ut patet in c. Super eo. de heresi. li. vi.

Quam autem ad temporalia ut vitam dignitates officia et subiam ecclesia vult misericordia ante relapsus in heresim. Quia ei meruerit per ipsos lapsus per mortem corporalem excludi de mundo: quia graviter est corrumpere fides per quam est aie vita: que falsare pecuniam per quam vite temporalis subuenitur. unde si falsarius pecunie per seculari

res p̄tates iuste morti traduntur. Adulto maḡ heretici statim q̄ d̄ heresi p̄vincunt possent iuste occidi. Ex magna misericordia si reuertuntur ad sinceritatem fidei abiurant et heresim primo a lapsu parciunt eis. Et aliquando etiam si clerici sunt dispensat cum eis in officiis plus et minus. Aliquando etiam in prioribus dignitatibus precipue ad tollendum scandalum. xxij. q. iij. c. 3. p̄a pietas. Sed si heretici relabuntur quo ad vitam bonam temporalia exercent de eos ecclesia seu eorum iusticia. et hoc secundum theodorem quod sic p̄uideat bono communi. Nam si heretici relapsi sepe reciperent vel p̄seruarentur iuita aliis temporalibus bonis posset esse hoc in preiudicium salutis aliorum: tunc quod si relaberent alios inficerent: tunc etiam quod si sine pena euauderent alii securi in heresim laberent. Ex relapsu etiam ipsorum presumit de incostantia eorum circa fides. Ideo iuste sic puniunt. vñ Iherosolym. xxiiij. q. iij. ait. Resecanda sunt carnes putride. Scabiosa ouis a caulis repellenda ne tota domus et massa et corpus et pecora ardeat corrupta putrescat intereat. Arrius in alexandria vna scintilla fuit: Sed quod non statim oppressus est toto orbe eius flamma populata est.

¶ Quia pena qua puniunt heretici de diuine vltionis. Nam quando deus ad detestanda heretico rumpit puritatem etiam in hac vita mucrone sue iusticie ferire voluit. Et ad hoc p̄positum duo recitemus exempla. Primum est de quo meminit paulus qui suppleuit eutropi

um de anastasio constantinopolitano augusto. Hic euticianam heresim profitens negabat in christo duas naturas. scilicet diuinitatem et humanitatem. Ob quod papa misit ad eum Eudodum episcopum cum quibusdam alijs tradens fidei catholica scripta monensque ut rediret ad veram fidem. At ipse spreus illis et contumeliose expulsis posuit eos in nauis fragili mandans atrociter ne vespam per totam greciam se vteret ad aliquam ciuitatem. Sed vltimo de dei. xxv imperij anno icu fulminis percussus interijt. Secundum exemplum est de Arrio de quo scribit. Lassiodoro in historia tripartita. et Eusebio in historia ecclesiastica. Hic fuit presbyter alexandrinus in litteris sacris eruditissimus cupidus glorie et hypocrita magnus. Qui videns alexandrum ordinatum episcopum alexandrinum quod ipse cupiebat eide inuidit. Et cum alexander predicaret filium equalem patri ille ut ipsam oppugnaret dirarium cepit asserere: dicebatque filium creaturam a substantia patris separatam. Hoc tempore siluester rome erat et constantinus magnus in constantinopolitana urbe. Qui constantinum ordinari fecit in nicena urbe vbi arrius natus est sicut ps. xv. di. c. Canonibus. et omnia dicta eius damnata et sequaces eius dispersi. Arrius vero constantino commisit constantinus filius eius imperium obtinuit. Qui arrium in gratiam recepit. Quare ipsum cum suis comitibus constantinopolim redire fecit. Et cum iure iurando arrius

fraudulenter imperatori suasset se catholicum et apostolice decreta seruare credens imperator eum emendatum precepit episcopo constantinopolitane urbis ut arrium in conuentione reciperet. Erat enim tunc sabatum ante pascha dominice resurrectionis. Itaque dum arrius egressus esset imperatoris aula et honoraretur obsequiis suorum compluribus sicque magnificus per urbes incederet. Tandem ad locum venit cui nomen est forum constantini: ubi totus tremefactus est. Et ventris sui solutio facta coegit eum secessum querere. et non tantum seces: sed fluxum sanguinis cum in testinis emisit. Splen etiam fluxit et iecur et in tam fetido actu vitam finiuit. Sed illud a nobis est diligenter commemorandum quod licet tot heretici ut est predictum insurrexerint contra fidem nunquam tamen extinguere valuerunt lumen eius. Sic etiam nec poterunt in futurum quam deus benedictus veritatem sue sancte fidei protegit et defendit: et superbos hereticos prosternit et humiliat. A quorum societate curet vnusquisque abesse qui cupit regnare cum christo: qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Feria sexta tertie ebdomade
De superbia ingratorum et erga deum quam erga homines

Sermo vicesimus.

Aferetur a

vobis regnum dei. Verba sunt redemptoris no-

stri Mathi. xxi. c. et in euangelio hodierno. Conspicimus diebus nostris impleri quod paulus dixit. ij. ad thimoteum. iij. c. de futura hominum ingratitude. Nam ingrati facti sunt multi ad deum ad parentes et quoscumque benefactores. hoc autem damnabile vitium a superbie radice oritur: quod non sinit hominem cognoscere suam prope indigentiam reuectam obsequio benefactorum. Idcirco in presenti sermone de superbia ingratorum verba faciemus. In quo de ipsa ingratitude tria mysteria proponimus declaranda.

Primum de diffinitionis.

Secundum reprehensionis.

Tertium damnificationis.

Quid est ingratitude: et de gradibus eius: et quomodo nullus ingratus se excusare.

Capitulum primum.

Primum mysterium declarandum de ingratitude de diffinitionis.

Diffinitur enim sic secundum thomam. ij. q. ceterima sexta.

Ingritudo est vitium quo beneficium non retribuit benefactori quod dicitur. **Pro cuius ampliore intelligentia notanda sunt tria.**

Primum notandum est quod ingratitude opponitur gratie. Et sumitur hic gratia pro ut est virtus specialis et pars iusticie

secundum thomam. ubi dicitur. De hac ita ait tullius li. ij. rethoricozum artu veteris:

Gratia est virtus in qua amicitiarum et officiozum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur. est autem duplex debitum.

Primum scilicet legale ad quod quis lege astringitur. Et ad hoc reddendum inducit iusticia

ad hoc reddendum inducit iusticia

virtutē cardinalē. Aliud est debi-
tum morale ad quod quis inducitur
ex honestate virtutis. Et hoc red-
dit gratia seu gratitudo respectu
beneficij accepti ab alio. quod ut dictum
est: est virtus specialis et pars ane-
xa iusticie. Causa vero debiti prior
et principaliter inuenitur in deo eo-
quod ipse primū principium est omni-
um nostrorum bonorum. Ab ipso namque
quod rationales conditi sumus. Ab ipso
sustentationem vite recipimus cum
omnium creaturarum obsequio. Ab
ipso toleramur in nostris malis equi-
nimitur. Ab ipso propter grandia peccata
commissa grater vocamur ut re-
uertamur ad illum. Ab ipso ve-
nia nobis promittitur: et scilicet be-
nigne datur dum ad penitentiam
revertimur. Ab ipso gratie auxi-
lium impenditur ut proficiamus
in bonis. Ab ipso denique regnum
celorum disponitur nobis omnibus si illud
non recusauerimus. **I**tem apostolus. i. ad
thessal. v. c. ait. In omnibus gratias age-
te. **E**t ad colocesenses. iij. c. De quod-
cumque facit in verbo: aut in opere: in
noīe dñi nri ihesu xpi facite: gratias
agētes deo patri. **S**ecundo causa debiti
inuenitur in parentibus inquam ab
eis tot beneficia recepimus.

Tertio causa debiti inuenitur in
persona que dignitate precellit:
ex qua communia beneficia proce-
dunt. **Q**uarto causa debiti re-
peritur in quocumque benefactore a quo
aliqua particularia et priuata be-
neficia precepimus pro quibus parti-
culariter ei obligamur. **S**ecundum
notandum quod quicquid in quolibet pec-
cato sit malis ingratitude ad deum

secundum thomam. vbi. s. inquam. s. factus
mo aliquid quod potest ad ingratitudi-
nem pertinere: qui summus benefi-
factor est nobis et tunc est circum-
stantia agguans peccatum. tamen formaliter
ingratitude est quam actualiter benefi-
cium contemnit. Sicut ergo grati-
tudo est specialis virtus habet
diuersos gradus. **Q**uorum primus
est quod beneficium recognoscat
Secundus quod gratias et laudes
agat. **T**ertius quod retribuatur pro
loco et tpe secundum suam facultatem.
Ita ingratitude que ei opponitur:
ut patet ex ipso nomine. Nam ingrati-
tudo dicitur quasi non gratus
dicitur est speciale peccatum habens. di-
uersos gradus. **E**t quia quod est vlti-
mum in generatione est primum
in resolutione. **I**deo primus gra-
dus ingratitude est ut homo
beneficium non retribuatur sed quod
recepit. **S**ecundus est quod dissimulet
id est non laudet nec gratias
agat. **T**ertius est quod non reco-
gnoscat: siue per obliuionem: siue per
quocumque alium modum. **E**t quia in
negatione intelligitur affirmatio
opposita. **I**deo ad primum gra-
dum ingratitude pertinet quod
aliquis retribuatur mala pro bonis.
Ad secundum quod beneficium vi-
tuperet. **A**d tertium quod quasi malum
beneficium reputet in mente sua ip-
sius beneficium. **U**nde seneca in
iij. de beneficiis ait. Ingratus est qui accepit
beneficium et non reddit: ingratior
qui dissimulat: ingratus-
simus omnium qui oblitus. **E**t
quibus inferitur quod tripliciter quis
potest esse ingratus. **P**rimo propter

interiore est deceptum. sicut quoniam quis
premi suum vel matrem premeret
recognoscere propter vilitatem con-
ditionis vel debilitatem sensus vel
tenuitatem substantie. ¶ Secun-
do propter subtractionem quoniam quis
subtraheret benefactori quod ex ne-
cessitate debet: ut cum quis non sub-
uenit parentibus in necessitate cum
potest: vel non laudat eos in quibus
laudandi sunt sic de alijs. ¶ Tertio
aliquis potest esse ingratus propter con-
trariationem: quod non solum premit-
tit implere gratitudinis debitum:
sed etiam contrarium agit. Puta si quis
deum summum omnium benefactorem
quasi odiat seu pro nichilo habeat
at vel contemnat quod eum fecerit in
hunc mundum venire. Quod solet ac-
cidere cum quis est in tribulationi-
bus pressus: vel non habet bona que
in alijs cernit: vilificans beneficia dei
sibi concessa vel illius vituperans bene-
ficia nomine eius blasphemet: vel pa-
rentes contumeliosus afficeret aut obe-
raret. ¶ Tertium notandum quod nul-
lus potest suam ingratitude excusare
ex impotentia quod scilicet non potest recompen-
sare benefactori quoniam ad debitum grati-
tudinis reddendum magis attenditur
voluntas quam opus. ¶ Vnde Seneca. li. de
beneficijs dicit. quod beneficium non in eo
quod fit aut datur consistit: sed magis in
dante aut faciente animo. et ideo sufficit
voluntas recompensandi cum deest fa-
cultas. Nec etiam suam ingratitude
potest quis excusare allegando obli-
uionem nisi illa obliuio procederet
ex naturali defectu qui non sub-
iacet voluntati. Nam si quis ignoret
beneficium non est ingratus si be-

neficium non recompenset dummodo
sit paratus recompensare si nosce-
ret. unde scribitur. L. de inofficio-
so testamento. l. si quis. Satis ini-
quus est vel videtur eum qui non sen-
tit ingratum existimari. Si vero
obliuio puenit ex negligentia tunc
ingratitude excusabilis est. Quod
ut dicit Seneca in. iij. de benefi-
cijs. Apparet illum non sepe de
reddendo cogitasse cui obrepit
obliuio. Hoc modo ingrati fue-
runt iudei. ¶ De quibus dicitur in
psal. cv. Obliti sunt deum qui sal-
uauit eos qui fecit magna in
egypto: mirabilia in terra cham
terribilia in mari rubro. Et di-
xit ut disperderet eos. Vbi psal-
mista ponit illorum ingratitude
quia obliti sunt deum. Non solum
in hoc quia non dilexerunt nec lau-
dauerunt deum benefactorem suum
nec aliquid in obsequium eius fe-
cerunt. Sed grauius offenderunt
adorantes vitulum aureum pro deo
et conuerteres de deo. ¶ Secundo de-
registro. Nullus tibi fidelior esse potest ad consilium quam qui non tua sed te diligit. Tertia conditio dicitur constantia. debent consiliarii constantes esse ut non vincantur aut supentur passioibus odii amoris timoris et huiusmodi. quoniam ut inquit Seneca. Perit omne iudicium cum res transsit in affectum. Quarta conditio dicitur maturitas ut non presulatur precipitater et inconsiderate. Et Calixtus papa di. l. c. potest ret. Nos inquit tempore indigemus ut aliquid maturius agamus. Non precipitemus consilia et opera nostra neque ordinem eorum corrumpamus. Quinta dicitur veritas. debent consiliarii sine veritate consilere et non ad beneplacitum maiorum vel dominorum: ut facere solet adulatores. Pro quibus facit exemplum quod legitur in historia tripartita li. v. quod cum ecclesia pateret persecutiones constantinus pater constantini magni concessit christianis licentiam in sue religionis persistere. Is probare volens quosdam in palatio suo christianos si fideles et veridici essent statuit quod si quis veniret ad sacrificandum diis suis huius esset cum eo in palatio. si quis autem nollent exiret de palatio. Et cum aliquis esset preponens religionem christianam permissis regibus. Alii vero essent permissi ad sacrificandum diis spontes amicitiam regis deliberavit et eis uti consiliariis quod ipso fideles constantesque fuerant. Alios vero ut effematos et fallaces expulit credens eos nunquam fore sibi deuotos atque veraces quod fuerunt sic dei sui tam leuissimi perditio

res. ¶ De perse adhuc rege illo potentissimo legit: quod cum grecis bellum indicturus consulere suos vnde dixit greciam non vinci sed obui mole exercitus. Alius dixit time dum esse ne urbes desertas et vacuas inueniret. Alius dixit vix illi naturam rerum sufficere agusta esse classem maria militibus castra explere candidis copiis equitibus capestris vix celum patere sagittis: dum sic adulando regem nimia exultatione concitarerit. Quidam nomine damarus dixit. Adulatio ista que tibi placet tibi metuenda est: verum est enim quod dum non diu posse durare quod regi non potest. Nichil tamen magnum quod perire non possit. Atque ut dixit damarus enenit quod deuictus fuit. Et in exercitu eius equo pepit leporem quod est animal fugacissimum ut recitat Valerius li. i. Grande periculum est aures adulatoribus prebere. ¶ Propter ea seneca ad lucillum ait. Hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse: huius enim suum venenum blanda locutio. ¶ Sexta conditio dicitur taciturnitas. Ea enim que tractantur in consiliis non sunt aliquo pacto reuelanda illa que secreta esse debent propter scandala multa que possent euenire. Hinc valerius li. ij. dicit de romanis quod adeo magna caritate preteregebunt ut archana consilia patrum scriptorum multis seculis nemo senatorum nunciaverit. ¶ Narrat autem valerius quod cum esset de more romanorum ut preses possent filios suos paruulos ducere secum in consiliis accidit semel quod papiri paruulus

una cum patre suo consilium intrauit in quo statutum fuit ut que ibi tunc tractabatur secreto teneretur. Quibus paruulus domum rediit a matre requirebat ut consilii secreta patreteret. qui ut declinaret matris importunitatem officioso mendacio usus est dicens ibi fuisse tractatum ut quilibet vir posset duas uxores habere. Quod illa credens alijs matris retulit. quare diuulgata per urbem conuenientes mulieres plume quadam die ad locum consilii accesserunt postulantes a senatu posse et ipsas duos accipere viros. Quod illi admirantes vnde hoc processerit inquisierunt. Inueneruntque hoc processisse ex astutia paruuli talia caute referens. vnde romani statuerunt nullum de cetero propter illum ad consilium admittendum: que ita caute sciuis occulare secretum. ¶ Septima conditio dicitur stabilitas. Debet esse stabilia consilia ut scilicet quod in illis rationabiliter determinatur executioni demandetur. Et quia multi seruare consilia nolunt sepe in graues iacuras deueniunt. vnde primo machab. v. c. scribitur. quod Iosephus et azarias quod non seruauerunt quod fuerat determinatum. scilicet ut non exiret in prelium contra inimicos debellati fuerunt: occisis duobus milibus de exercitu suo. sic et romani apud canas ceciderunt in prelio ab hanibale victi temeritate varronis que contra aliorum suam et pauli emilii collegem voluit deserere manum. sic et gaius flamine perijt apud lacum dum abstinere noluit a pugna quod sibi a suis consulebatur. sic et alij quibus

plimi spernētes amicorū hilia i
infra picula inciderūt. Depona
m⁹ supbia & saluberrimis psu
lijs acq̄escam⁹: vt sic reddamus
nos dignos gr̄a dei q̄ dat̄ humi
lib⁹ quā nobis p̄cedat ille q̄ ē be
nedict⁹ & laudabil⁹ in secula secu
lorum Amen.

¶ Dñica tertia in quadragesi
ma de supbia scismaticorum.

Sermo. xxij.

One reg

nū i seipz diuisus de
solabit. vba sūt re
dēptoris n̄ri originaliter mathei
v. c. & i euāgel. hodierno. ¶ Pas
sa est ecclesia dei p̄sepe ḡuissimas
p̄secutiōes ab hereticis & scismati
cis. De hereticis aut̄ dictū est i
precedētib⁹ Sz s̄ supbiā scisma
ticorū loq̄mur in p̄nti s̄mōe. Mā
hoc gen⁹ hoīm etiā t̄pib⁹ nostris
vit̄ imo p̄ nichilo p̄t̄ domari:
quāquidē in plerisq̄ xpianorū p̄
uincis pestis ista truculētissima
q̄ in ultros interimat. Hī sūt de
solati & p̄uati munere diuie gr̄e
Pro q̄bus d̄ scismate tria myste
ria p̄ponem⁹ declarāda.

¶ Prīmū d̄ diffinitionis.

¶ Scdm̄ offensionis.

¶ Tertium p̄uationis.

¶ Quid ē scisma & i quo differt
ab heresi: & quō est vna ecclesia
vniūsalis: & ecclesia romana ē caput
oīm ecclesiarū: cui p̄est papa vica
rius xp̄i: & de mult⁹ scismatibus
q̄ fuerūt elapsis t̄pib⁹. Ca. i.

¶ Rūmū mysteriū declanē

dum de scismate dicit diffinitio
nis. ¶ p̄t̄est em̄ scisma sic diffini
ri. Scisma est viciū quo q̄s sub
summo p̄t̄ifice esse et membris
ecclesie ei subiectis cōicere recusat
Pro cui⁹ declaratiōe dicit Tho.
xxij. q. xxi. articulo. i. q̄ nomē scis
matis s̄m̄ Isidor⁹ li. ethi. a scissu
ra aiorū vocatū est. Scissio autē
vnitati opponit. vñ p̄cū scisma
d̄ qd̄ d̄irecte et p̄ se opponitur
vnitati. charitas aut̄ nō solum
vnā personam alteri vnit̄ sp̄iali
dilectionis vinculo: s̄ etiā totas
ecclesiam in vnitate sp̄is, & ideo
pp̄rie scismatici dicunt q̄ pp̄ria
sp̄onte et itentiōe se ab vnitate
ecclesie separāt: q̄ ē vnitas p̄nci
palis. Mā vnitas p̄ricularis ali
quorū adinuicē ordinat̄ ad vni
tatē ecclesie. Sicut cōpositio sin
guloꝝ mēbroꝝ in corpe naturali
ordinat̄ ad totū corporis vnita
tem/ ecclesie aut̄ vnitas in duob⁹
attenditur. s̄ in cōnexiōe mēbro
rū adinuicē seu cōmuniōe: & itē
in ordie oīum mēbroꝝ ad vnus
caput. Hoc aut̄ caput ē ip̄e xp̄s
cuius vicem in ecclesia gerit sū
mus pontifex. et ideo scismatici
a sunt qui vt dictum est subesse
renuunt summo p̄t̄ifica: et mē
bris ecclesie ei subiectis cōica
re reculant. hic et pelagi⁹ papa
xxiiii. q. i. ca. Scisma. Scisma s̄
quidē ipsum qd̄ grecū nomē est
scissurā sonat. s̄ in vnitate scissu
ra eē nō p̄t̄. Mō ḡ vnitati cōicā
q̄ scismaticis cōicāt. p̄tes ip̄i s̄bi
fecerūt: et ab eo qd̄ vnum est vti

apli iude iā vobis loquar semet
 ipsos segregātes spiritū nō hnt
 Et quis etiā heres diuidat ho
 minē ab unitate fidei catholice tñ
 scisma est speciale vicium distinctū.
 ab ipsa: Mā heresis opponit di
recte et p se fidei. Scisma oppo
nitur p se ecclesiastice caritati vni
tati. et ideo sicut fides et caritas
sunt diuerse vtutes: quis qm
q caret fide: caret caritate: nō tñ
ecōtrario. Ita heresis et scisma
sunt diuersa vicia qm hereti
cus sit etiā scismaticus: nō econū
so. vñ Ihero. xliij. q. iij. ca. inter.
ait. Inter scisma et heresim arbi
tror hoc interesse q heresis per
uersū dogma habet: scisma aut
ab ecclia sepat. Et tñ sicut amis
sio caritati est via amittēdi fides
ita scisma est via ad heresim.
Pro clariori tñ intelligentia no
tāde sūt tres catholice veritates
Prima q vna est ecclia vniuers
salis. vñ in simbolo patrū dicit
Et vnā sanctā eccliam etc. extra
de sum tri. et fi. ca. vna est fidelium
vniuersalis ecclia. Et cyprianus.
xxiij. q. i. c. loquit. Ecclesia
inqt vna est que in multitudine
lati incrementō fecunditatē extē
ditur quō multi radij sūt s vñ
lumē habēt. Et scda vritas q ec
clesia romana est omnium eccliarū
caput mater et magistra. Sic ps
xxi. di. c. in nouo testamento. Et
xxij. di. c. sacrosancta. Et. iij. q.
vi. c. dudū. Et vt scribit di. xix. c.
nulli fas. Qui asserit contumaci
ter eccliarū romanā nō esse caput

aliarū eccliarū et nō posse cōdere
 canones et decreta et etiā sibi tā
 q capiti nō obediendū: excoīca
 tus est. Et scdōz doctores istud. c.
 loquit d contemptoribus canonū
 et transgressorib⁹. Sed duplci
 ter dicit q contemptor canonū
 vno mō qz aplicaz sedē cōtuma
 citer negat esse caput eccliarū et
 habere potatem cōdendi canōes
 decreta et statuta ei⁹ nō fore ser
 uanda: et talis est scismaticus et
 hereticus et excommunicatus.
 Et sic intelligendo dictū. c. est ca
 non late snie fm Johannes an.
 et Hosti. Et scdo mō dī qz con
 tēptor et trāsgressor canonū qui
 ipsa mādata canonū nō suat qz
 uis credat et dicat eē suāda: hic
 nō est scismatic⁹ pprie nec excoī
 catus. Et Tertia vritas est q pa
 pa roman⁹ qz pontifex est: caput
 ecclie sup atqz in dignitate et po
 testate quolēqz reges et princis
 pes reliquosqz platos. ppter ea
 in. c. vbi piculū. de elec. li. vi. pa
 pa vocat vicari⁹ ihū xpī: succes
 sor petri: rector vniūsal ecclie: et
 gregis dñici director. Et glo. in
 plo. clemē. papa. i. admirabil. et
 dī a pape qd est iteriectio admi
 rant. et de admirabil qz vices di
 gerit in terris. ethymologia no
 nois ē pī patrū. Ss nūqd papa
 pot dici vicari⁹ petri sic se dicit
 vicariū xpī. in. c. p hūani. de ho
 mi. li. vi. Et q sic videt p illud
 qd habet. lxiij. di. c. ego ludouic⁹
 Et. i. q. i. c. non quales. Et. q.
 vij. cap. Quotiens. Et Sed glo

fa in clemētina romani p̄cipel
 de iure iurando dicit. q̄ locutio
 ista. s. papa est vicarius petri in
 propria est vel exponit id est ge
 rit vicariū quam gessit petrus vi
 carius enī nō datur vicarij d̄ of
 ficio vicarij. c. clericus. Qui igit̄
 nolunt subesse pot̄ n̄fici tanq̄ ec
 clesie capiti scismatica d̄cuntur
 ¶ Sed qd̄ cum plures sint se ge
 rentes p̄ papa q̄s eoz scismati
 cus est tenendus cū suis sequaci
 b̄. ¶ Ad hoc dictū est i. iij. li. de
 p̄nia in sermone de discordia. et
 licet inueniat̄ sepe scismata in
 dei ecclesia exorta. ¶ T̄n̄ diebus
 meis anno. s. d̄ni. M. cccc. qua
 dragesimo sub Eugenio quar
 to canonice electo et a tota christi
 anitate acceptato factū fuit scis
 ma. Mas Gregario facta basilee
 q̄ aliqui p̄siliuz fuit: quia auctori
 tate martini quī Gregarium: et
 postea aucte eugenij p̄firmatus
 cū fuerit dissoluta translato p̄s
 lio ferzariam p̄pter reductiones
 grecoz. Et inde florentiā p̄pter
 supuenientē ibi pestē effecta est
 p̄ciliabolu et synagoga sathane.
 Mas ausu temerario illi de illo p̄
 ciliabulo deposuere eugenij: et
 crearūt amideū duces sabaudie
 dictū felicē. Et p̄ iustificāda sua
 impietate allegabāt q̄ ipse euge
 nius nō potuit dissoluere illud
 p̄siliū sua aucte firmatū et q̄ p̄s
 liū est sup̄ papā et p̄t iudicare de
 ipso. Et tertio q̄ eugenij scāda
 lizabat ecclesiam. S; p̄mū eē fal
 sum p̄stat ex dictū in p̄cedenti ser

mone. Mas ei d̄ destinere cui d̄
 p̄stituere cū sint eiusdē p̄tati act̄
 extra de reg. iij. c. Dis. Sicut au
 tē papa cōdere pot̄ canonē gnā
 lem: ita tollere pot̄ et mutare: vt
 ps. xv. q. i. s. Hinc ita. Et sic sol
 pot̄ cō alius gnāle inducere et ei
 auctem dare: ita pot̄ illud dissol
 uere. ¶ Scdm̄ enī ps esse falsus.
 Mō enī papa auctem h̄z a p̄siliuz
 p̄ncipaliter s; a p̄o: xxi. di. c. q̄
 uis. Et ipse papa dat robur et
 auctem ordinat̄ in p̄silio. extra d̄
 electio. c. significasti. Et vt dictū
 est etiam in p̄cedenti sermōe. Me
 mo pot̄ iudicare papā. vt ps. ix.
 q. iij. c. Nemo. et in quatuor capi
 tul̄ sequentib̄. s; ibi gl. ponit tres
 exceptiones. ¶ Prima in foro pe
 nitētie. Tūc enī iudicabit a suo
 p̄fessore qui tenet locū dei. ¶ Se
 cūda cū submitit ipse se sua spō
 te iudicio ecclesie p̄siliuz vel alteri
 Sicut accidit in symacho papa
 et leone. ij. q. v. c. auditum. et. ij. q.
 vij. c. Nos. et. xxi. di. c. Hūc aut̄.
 ¶ Tertia īrie heresis vnde di.
 xl. c. si papa. d̄ a nemine iudicā
 dus est nisi dephendat̄ a fide d̄
 ubi dicit gl. h̄verū si se nōvellz
 emendare. Mas si vellet se emen
 dare nō deponeret. et hoc p̄ qd̄
 dā decretū factū in p̄silio p̄stati
 ens. ¶ Addita ē quarta exceptio
 sin casu scismati qd̄ videt̄ intelli
 gendū de scismate dubio. s. sunt
 duo p̄tiffices creati et dubitatur
 q̄s eoz sit verus. Mō aut̄ hoc h̄z
 locū de manifesto cū. s. vn̄ cano
 nice creat̄ al̄ postea intrusus.

Alis cū quilibet epūs possit incedere ab obedientia pape et sic facere scisma: et sic habet papa quoti die iudicari cū tñ iura strarius elament. Unde anacet' papa distincti. lxxix. inqt. Eccliam sūmō rū pōtificū sibi dñs reseruauit. Quā nullus horū casu fuerit i Eugenio: qz nec a fide deuius: nec se submisit p'stiti iudicio: nec essz tñc aliqd scisma q̄ rōe potuerit cōciliū. imo cōciliabolū iudicare de ipō nō apparet. ¶ Tertū s'lr frivolu est. Mā glo. illa in e. Si papa. q̄ dicit q̄ papa p̄t deponi ppter q̄d cunqz pctm̄ quod scādālizaret eccliam. optatiue loquit nō assertiue. Nec repitur aliqs papa deposit' p̄cise ppter scelera sua: s'z ppter scisma tollē dñ. Quales aut fuerint et quāte scitatis et fame qui deposuerūt eugeniu sciūt plimi: qz. s. fuerūt i fames et scādala plima in diuersis locis egerūt. Et q̄les electores antipape talis et ipse ambrosiosus cupid' dolosus Eugenio ad paupes liberalissimo: ad ecclias et religiōes deuotissimo existēt. Qd autē aliq̄ dixerint se credere eugeniu verū papā: sed ad vitādū scādālū et piculū amissionis rerū et vite adherebāt antipape illū ab extra noiantes papā et venerātes nō vident mag' excusari a mortali: qz marcellin' papa cū in veneratiōe ydoli posuit gna incensū sup prunas tiorē mortū cōpulsus. di. xxi. c. Māc aut' Aut q̄ salomō cū ob amorē

mulierū ydolis genua flectabat ad cōplacēdū eis q̄ tñ corde nō adorabat. Est em̄ ibi mēdaciuz in xpiana religiōe: seu in hys q̄ p̄tinet ad fidē qd est p̄nitiosum menda cū. xxij. q. c. Nūmum

¶ Qd scisma est ḡue pctm̄: et de cōparatione ei' ad ydolatriam.

Capitulum secundum.

Secundū mysteriū cōtemplandū d' scismate d' offēsiōis. Est em̄ scisma

pctm̄ quo scismatic' offēdit mortaliter. Si em̄ pctm̄ qd cōmittit' ē caritatē alicui' p̄sone p̄ticularis est mortale: vt odiū p̄dicare ē p̄ximū: multomag' qd p̄petrat' ē caritatē toti' eccliaſtice cōgregatiōis vt scisma. Bonū em̄ q̄nto cōmuni' tūto diuini' et p̄cose' ques melius et malū ei oppōsituz deteri'. hinc Augus. xxiiij. q. i. c. Ubi ait. Neqz scismatici aliqd sibi ex iusticie mercede p̄mittāt: qz vbi caritas nō est nō p̄t eē iusticia. Dilectio em̄ p̄ximū malū nō opat'. ¶ Et Beda sup mattheū Quicūqz ab vnitāte fidei vel societate petri apli quolibet semet ipsos segregauerint nec tales a vinculis pctōz absoluti: nec ianuam regni celestis p̄nt ingredi. q̄stione eadē. ¶ Et iterū ibi. cyprianus in. c. dicim'. Quāti scismatici qz foris sūt. s. extra ecclias sp̄m̄ sc̄m̄ nō recipiūt. ¶ et aug' de fide ad petrū. Firmissime tene et nulatenus dubites oēm hereticuz vel scismaticū cū diabolo et āgel' eius eterni ignis incendio parē

ticipādū nisi ante finem vite catholice fuerit incorporat⁹ ⁊ reinte-
 grat⁹ ecclie. ¶ Et extra de heresi. in. c. Ad abolēdā. Om̄i hominū
 q̄ catholice ecclie nō t̄z unitates neq̄ baptismus neq̄ elemosyna quātūlibz copiosa: neq̄ mors p̄ fide xp̄i suscepta p̄ficere poterit ad salutē. ¶ S̄z q̄rūt aliq̄vtrum scisma sit q̄ p̄ctm̄ q̄z ydolatria. Et q̄ sic videt q̄ q̄m̄ fuit punitū. Mā adorantes vitulū aureus gladio occisi sunt. Exodi. xxxij. Scisma h̄o faciētes. s. dathan et abirō aborti sūt. Ipsi eq̄dem et chore fecerūt scisma in pp̄lo hebreoz cuz in deserto s̄ moysē et aarō q̄rētes sibi vsurpare ducātū pp̄li. Et apta est terra ⁊ deglutivit dathan: ⁊ operuit sup congregationē abirō. Numeri. xvi. c. Et exarsit ignis i synagoga eoz ⁊ flāma cōbussit eos. s. chore cū cōp̄licibus suis. ¶ Ad hoc r̄ndet tho. xxij. q. xxxix. Q̄d cū q̄rit i cōi de duob⁹ p̄ctis q̄d sit q̄m̄ intelli gēda est q̄o de q̄uitate q̄ attenditur s̄m̄ gen⁹ p̄cti. Ben⁹ autes p̄cti seu spēs attendit ex obiecto. ⁊ iō illd̄ p̄ctm̄ q̄d maiori bono p̄iat est q̄m̄ in genere suo. Sic p̄ctm̄ in deū est q̄m̄ q̄z p̄ctm̄ in primū. Manifestū est autes q̄ infidelitas est p̄ctm̄ s̄ ip̄m̄ deū s̄m̄ q̄ in se est vitas p̄ma cui inimit̄ fides. Scisma est s̄ eccl̄iasticā unitatē q̄ est q̄dā bonū participatum ⁊ mun⁹ q̄z sit ipse de⁹. Ideo infidelitas ex genere suo est q̄m̄ p̄ctm̄ scismate. S̄z si cōsideret̄ q̄uitas

p̄cti ex circūstātijs: sic posset s̄t̄i gere q̄ aliq̄s scismatic⁹ q̄m̄ p̄ccaret q̄z aliq̄s infidel. Et hoc v̄l propter maiorem p̄ceptum vel p̄pter maius piculū q̄d inducit: vel p̄pter aliq̄d h̄m̄oi. ¶ Nec obstat p̄dicti si dicat q̄ caritas cui opponit̄ scisma ē maior fide cui opponit̄ infidelitas. Et q̄d oppo nit̄ maiori bono mai⁹ malū ē s̄m̄ philosophū. viii. ethi. Mā vt dic̄ tho. Charitas h̄z duo obiecta v̄ nū p̄ncipale. s. bonitatē diuinā. Aliud secūdariū. s. bonū p̄mi. Scisma aut̄ ⁊ alia p̄ctā q̄ sunt s̄ primū opponit̄ caritati: quātū ad secūdariū bonū q̄d ē minus bonū q̄z ipse deus. Et ideo ipsa p̄ctā q̄ sūt s̄ primū sunt minora q̄z infidelitas. S̄z odiū s̄ deum v̄tiq̄z q̄m̄ est infidelitate. ¶ Inter p̄ctā t̄m̄ s̄ primū scisma ē maximum: q̄z s̄ sp̄uale bonū multitu-
 dinis. ¶ Itē nō obstat dictū ihe- ronymi. xxij. q. i. e. Non assera-
 mus. Q̄d q̄m̄ est punitū scelera-
 ti⁹ est comillus. s. scisma est q̄m̄ punitum q̄ ydolatria q̄ videt q̄ sit q̄m̄ p̄ctm̄. Mā vt dic̄ tho. s̄ verū est cōiter de pena i hoc mū do. Aliq̄m̄ t̄m̄ sc̄d̄ est ex aliq̄ causa. Et rō est q̄ cū pene sint q̄dā me-
 dicine ad arcendū hoies a pec-
 cati. Ideo aliq̄m̄ vbi est maior p̄-
 nitas ad peccandū seuerior de-
 bet pena adhiberi. Sic etias ab
 eccl̄ia maior pena iniūgit̄ vxori-
 cide q̄z m̄ricide ex eo q̄ p̄nio-
 res sunt hoies ad occidendam
 vxorē q̄z matrē. ⁊ sic ad p̄positus

Ille ppls erat pñ ad scismata & rebelliones ut dicitur p̄mi esdre. iiii. c. Et ideo illud magis punitum. Et etiā nō erat ita notū p̄plo q̄ sē per moyses deberet esse princeps illius ppli sicut q̄ deberet semp adorare unū deū qd̄ hēbant per legem. Et ideo oportuit rebellātes illius p̄ncipatui pena incon- sueta & horribili puniri.

¶ Quid scismatici priuantur pote- state ordinis: iurisdictionis: & ad- ministrationis.

Capitulum. tertium.

¶ Tertium mysterium declan- dū de scismate dicitur p̄uati- onis. Quē qd̄ scismati-

ci p̄uati sunt triplici p̄tate.

¶ Prima dicitur ordinis siue conse- crationis.

¶ Secunda iurisdictionis.

¶ Tertia administrationis.

¶ Primo p̄uat p̄tate ordinis si- ue cōsecratiōis. Ad qd̄ intelligē- dū dicitur tho. xxi. q. xxxix. articulo iij. q̄ duplex ē p̄tās sp̄ualis. vna quidē sacralis q̄ confertur p̄ ali- quā cōsecrationem: que dicitur p̄tās ordinis seu cōsecrationis & hec indelebilis est & auferri nō potest sicut nec character ab aīa. Omnes enim cōsecratiōes sunt immobi- les manente re qua cōsecratur.

Sicut patet etiā in rebus inani- mat̄. Nam altare semel cōsecra- tum non cōsecrat iterum nisi fu- erit dissipatum. Et ideo talis po- testas remanet s̄m essentiam su- am in hoīe q̄ eam adeptus est: si- ue labat̄ in heresim siue i scisma

vel aliud malum: qd̄ patet ex hoc quia talis rediens ad eccl̄ias nō iterum consecratur. Sed q̄a po- testas inferior non debet mitti i- actum nisi scdm̄ q̄ mouetur a su- periori potestate: ut etiam patet in naturalibus. Inde est q̄ res vsu potestatis amittunt. Itaq̄ non licet hereticis aut scismaticis sua potestate uti. Si tamē il- la utantur habet effectum in sa- cramentibus quia in hīs ho- mo nō operat̄ nisi ut instrumen- tum dei. vnde effectus sacramē- tales non excluduntur propter. q̄ cūq̄ culpam conferentis sacra- mentum. ¶ Secunda potestas est iurisdictionis que ex simplici hominis auctoritate confertur. & talis potestas non inuolabili- ter adheret. vnde in scismaticis & hereticis non remanet: sed ec- clesia auferit ab eis. vñ nec exco- municare possunt: nec absolue- re: nec indulgentias dare v̄l hui- usmodi. ¶ Quā ego dicitur q̄ scis- matici priuantur potestate sp̄i- tuali intelligendum est de pote- state secunda. vel si intelligatur de prima. scilicet cōsecrationis referendum est hoc non ad esse- tiam potestatis: sed quo ad legi- timum vsu eius. ¶ Et sic intelli- gendum est illud quod ait Cy- prianus de nouatiano scismatico. vij. questione prima caplo. No- uatianus qui nec vnitatem sp̄i- tus: nec coniunctionem pacis ob- seruat & se ab eccl̄ie viclo atq̄ a sacerdotum collegio sepat neq̄

epi potestatem pot habere necq̄ honorē q̄ ep̄atus nec vnitatē habere voluit nec pacē. ¶ et. xxiiij. q. p̄ia. c. Dicim⁹. Dicim⁹ oēs ois no hereticos et scismaticos nichil h̄re p̄tatis ac iuris. q̄cunq̄ ergo recipiūt sacramta ab hereticis et scismaticis nō recipiūt effectū gr̄e et si caracterē quo ad imprimētia ip̄m s̄m Tho. quia ficti accedūt cū in hoc faciāt cōtra p̄ceptū eccl̄ie hoc p̄hibentū excepto baptismo in casu necessitatis. ¶ Tertio priuānt scismatici p̄tate administratiōis tēporaliū et in dignitatib⁹ cōstituti etiā possessionib⁹ suis di. viii. c. Quo iure. et. xxiiij. q. i. c. qui contra. et. c. de liguribus. ¶ Notā. cū hoc loco q̄ cū ordinans sciēter a scismaticis solus papa dispensat. Sed cū ordinatis ignoſcēter discret⁹ p̄latus pot̄ dispēſare s̄m Hostiensis. extra de electiōe. c. q. diligētia. Et cū reuertunt ad eccl̄iam recipiendi sunt s̄m Raymundū euz manus ip̄oſitiōe et satisfactiōe vt sp̄m sc̄m accipiāt quē extra eccl̄iam non habebāt. xxiii. di. i. c. Dicimus. ¶ Nec credit eis si dicūt secū dispensatū nisi ostendat dispensationem. extra de scismaticis. c. ii. ¶ Hodie hoc viciū scismaticis in grecis oriētālib⁹ adhuc v̄get. qui et si tpe Eugenij ad eccl̄asticā vnitatē v̄ſi sūt redire tū reuersi sunt vt canes ad vomitū. et romanā eccl̄iā oēnq̄ ritū ipsius detestantur. Ob quod p̄uto indignatū eis deū q̄ tradidit

eos in manus infidelium et ad nichilū deduxit oēm gloriā eoz. ¶ Dolendū p̄fecto est de illoz interitu: qm̄ ab eis m̄tra nobis bona puenerūt. Inquit em̄ cicero in. ij. de s̄mbus bonoz et maloz. ¶ A grecis philosophiā et oēs ingenuas disciplinas habemus. Sed hodie defecit ab eis omis splēdor eloquētie: ois vis philosophie: ois deniq̄ corona regni. Et vt p̄dixi: irritauerūt deū cum scismaticis suis: ad que cōcurrerūt hereses plurime qz vno incōueniēti dato plura sequunt. Alieno nationes xp̄ianoz et si in obedientia eccl̄ie p̄seuerēt multa nichilominus p̄petrāt p̄tra eccl̄ie libertatē et s̄m̄i p̄ntificis et p̄latoz obedientiā et reuerentiā q̄ tacite scismaticos illos faciunt. Adiuua o de⁹ eccl̄iā tuā p̄tege tu illā qm̄ xp̄iani principes vel nichil vel satis p̄az eius auctoritates venerant. ¶ Nolo particularia recensere. Tm̄ refero q̄ veris catholicis p̄mittit regnū celoz. In quo viuit et regnat de⁹ p̄ oia secula seculo:ū Amen. ¶ Feria sc̄da quarte hebdomade. De peccatō ire.

Sermo vigesimus tertius

Epleti sunt oēs

in synagoga ira. Scribūt hec verba Luce. iij. c. et in euāgelio hodierno. ¶ Gregor⁹ ille magn⁹ eccl̄ie dei doctor celebrimus. xxi. li. moralium ponit iram vñū ex septē viciis capitalibus. De qua sanct⁹ Tho. iij. q.

et viij. inquit. Ira proprie loquendo est passio appetitus sensitivi a qua vis irascibilis nuncupatur. ¶ Circa passionem autem dupliciter potest malum inueniri. Uno modo ex ipsa specie passionis quae consideratur secundum obiectum passionis sicut inuidia secundum speciem suam importat quoddam malum. Obiectum autem eius id est materia circa quam est tristitia de bono aliorum; quod secundum se repugnat rationi. Et ideo inuidia mox notata importat aliquid mali ut dicit aristoteles in .ij. ethicorum. hoc autem non ducit ire que est appetitus vindicte id est punitionis. vindicta enim potest bene et male appeti. Alio modo inuenitur malum in aliqua passione secundum quantitatem ipsius. id est secundum abundantiam et defectum. et sic potest malum inueniri in ira quoniam quis irascitur plus vel minus debito preter rationem rectam. Et licet omnes sint inclinati ad iram magis tamen colerici ratione ignee complexionis. Et mulieres ratione debilitatis rationis. ¶ vñ ecclesiastici .xxv. c. dicit. Non est ira super iram mulieris. Hac ira moti sunt illi qui erant in synagoga et querebant christum precipitare ut recitat in euangelio. Qui multos habent imitatores ad inconuenientiam plurima pro ira sepe ruentes. ¶ Ob quod in presenti sermone de ira dicemus. De qua proponimus tria mysteria declaranda. ¶ Primum dicit omissionis. ¶ Secundum commendationis. ¶ Tertium offensionis.

¶ Quid peccat ille qui omittit irasci ubi et quando deberet irasci. ¶ Ca. i. ¶ Primum mysterium de ira declarandum dicit omissionis. ¶ Dum enim quis irasci omittit qui irasci debet vitiosus peccat. vñ in psal. dicit. Irascimini et nolite peccare. quasi dicat. Si hoc non facitis peccatis. ¶ Notandum tamen secundum Thome .ij. q. c. ¶ Quod ira dupliciter potest intelligi. ¶ In uno modo potest esse simplex motus voluntatis quo aliquis non ex passione sed ex iudicio rationis infligit penam. Et sic defectus ire absque dubio peccatum est. ¶ Et de hoc ita scribit crisostomus super ad theu. Qui cum causa non irascitur peccat. Illa talis vitia seminat negligetia nutrit. et non solum malos sed etiam bonos inuitat ad peccatum. ¶ Iracundia enim que est cum causa iracundia non est. id est proprie. sed iudicium. hec ille. Alio modo accipitur ira pro motu appetitus sensitivi qui est cum passione et transmutatione corporali. Et hic motus ex necessitate sequitur in homine ad simplices motus voluntatis. quia naturaliter appetitus inferior sequitur motum voluntatis appetitus superioris nisi aliquid repugnet. Et ideo non potest totaliter deficere in appetitu sensitivo motus ire nisi per subtractionem vel debilitationem motus voluntarij. Et ideo ex consequenti defectus passionis ire vitiosus est sicut et defectus voluntarij motus ad puniendum mala sine iudicio rationis. Et autem passio ire utilis sicut et omnes alij

motus appetit? sensitui ad pro-
prium crequendum id quod ratio di-
cat. Alioquin frustra in homine eēt
appetit? sensituius quā in natura

nihil frustra opet. Si autē quis
non irascit? propter vicia sua et aliorum
ut cum familiā pater vel mater, vel
subditos rector secularis aut ec-
clesiasticus videt vel sciunt delin-
gere et ex remissione non corrigunt
nec puniunt nec se ipsos ira tur-
bant vel delinquentes et amicos
eorum contristat tunc defectus ire est
patet. Ideo di. l. c. Si quis dia-
conus scribit. Que est ista boni-
tas iusticie inimica palpare cri-
minosos et crimina eorum dimitte-
re vsque ad diē iudicij impunita. ¶
Ambros. xxiij. q. iij. c. e. iniusta. ait
Dā vni indulget indigno ad pro-
lapsiōis contagiū puocat vniuer-
sos. facilitas enim venie incenium
pbet delinquedi. ¶ Dicitur quod ex-
tra de simonia in. c. Licet dicitur quod
Beli sumus sacerdos in se bo-
nus tū quod non irascit? fuit propter vicia
filiorum in se et in ipsis puni? fuit
a dno dū filijs eius in bello con-
tra philisteos pentis ipse d' sella
corruēs fractis ceruicibus expi-
rauit. xxxvij. di. c. legant. idō ari-
sto. iij. ethicoz ait. videt insipienti
esse non irasci vbi et quā oportet.

¶ Si autē obijceret contra dicta:
quā deo debemus assimilari iux-
ta posse secundum illud Math. v. Esto
te perfecti sicut et pater vester cele-
stis perfectus est. Sed deus cum tran-
scendit iudicat et punit sine ira
aliā illā ira ei? de quod dicitur. Iras? est
furore de? etc. non est p' citati animi

si iusta supplicij p'stitutio. de pe-
di. l. c. Sed dicitur. Et de b' aug?
de ciuita. dei. c. xvj. Ira inquit dei
non perturbatio animi ei? est. sed iudi-

cia quo irrogat pena peccator. ergo

et nos sine ira punire debemus

¶ Rndet Tho. quod deo assimilari

debem? in appetitu boni. si in appe-

tedo et modo appetedi assimilari non

possum? quia in deo non est appetit? se-

sitiuus sicut in nobis. ¶ Si adhuc

obijceret quod non sit licitū irasci: quā

ira est appetit? vindicte. ut dicit

glo. sup' illo vbo leuiti. xix. Me or-

deris fratrem meum in corde tuo. Sed

appetere vindictā non videt esse

licitū quia deo est reseruāda secundum illud

deuterono. xxxij. c. Ad ea est vltio. et

iter. Ad ichi vindicta. ergo irasci

nunc est licitū. ¶ Rndet Tho

quod appetere vindictā propter malū

eius quod puniendus est illicitū est. Sed

appetere vindictā propter vicioz

correctionē et bonū iusticie con-

seruādū: laudabile est. Et in hoc

pōt attendere appetitus sensituius

inquantum mouet a ratione. Et dicitur

vindicta secundum ordinē iudicij fit a

deo fit: cui? minister est p'as pu-
nires. ut dicitur ad ro. xiii. c. Non est er-
go acceptanda stoicoz opinio: quā
ponebat irā et oēs alias passio-
nes eē malas nominātes eas affe-
ctus quosdā preter ordinē ratio-
nis existētes. Sed aug?. li. io. de
ciuit. dei magis approbat opinioē
p'ipateticoz quā tenet quod ira et alie
passioēs aīe dicuntur mot? appeti-
tus sensitui siue sint moderate
secundum rationem: siue: non sit secundum b'
ira non semp' est mala: quinimo a

Irōe ipata laudabilis ē ⁊ virtuosa
 ⁊ sic euerſo oīſſa vitupada eſt
Quod ira que eſt ſcōm rōnem
 que dicitur ira per zelum eſt commē-
 dabilis et virtuosa. *La. ij.*

Secundū myſteriū de ira
 declarandū dicitur commēda-
 tionis. Sicut em̄ defectus
 ire loco et tēpore vituperabilis
 eſt: ita ira p̄ zelū a rōne iperata
 eſt cōmēdabilis. *¶* *Uñ Aug. vi.*
q. i. §. ſi. ait. Irascit iuſtus pctis
paleaz id eſt maloz: ſi nō odit. ⁊
Chriſto. qui irascit cū cauſa nō
eſt reus. Itā ſi ira nō fuerit. ſ. p̄
zelū: nec doctrina p̄ficiat: nec iudi-
cia ſtant: nec crimina cōpeſcunt
¶ Propterea p̄mi machabeoz
 ij. c. Inq̄t. mathathias iſtruēs fi-
 lios ad zelum legis exhortās p̄
 exempla helias zelando zelū le-
 gis receptū eſt in celū. qd̄ habet
 iij. Regū. ij. c. zelū aut̄ p̄cipue le-
 gis helias oſtēdit dñi iratū p̄tra
 falſos p̄phetas q̄ ydolatrare fa-
 ciebat̄ ppl̄m quadringētos occi-
 dit in torrēte eison: vt habet. iij.
 regū. xvij. c. *¶* Ad hunc aut̄ zelū
 inuitant exēpla ſctōz. vñ. xxij. q.
 iij. c. legi. *¶* *Thero. ad ripariū ait.*
legi Simoniaſtrē id eſt vindictā
ſinees. Austeritatē helie ſet zelus
ſimonis chananei. Petri ſeueri-
tatē: ⁊ ananiā ⁊ ſaphirā trucidē-
tem. Pauli conſtantiā: q̄ helmiā
magū vñs dñi reſſitentē eterna
ſeueritate d̄ nauit. Nō eſt crude-
litas crimia p̄ deo punire: ſ. pie-
tas. vñ in lege dicit. Si frate tuus
et amicus tuus et vxor tua que
in ſinu tuo dormit de p̄uere vos

luerit veritatē ſit manū tua ſup
 eos et effundes ſanguinē ipoz:
 ¶ De fines habet numeri. xxv.
 qui motus ira per zelū vnus de
 p̄ncipaliorib⁹ trib⁹ iuda qui cō-
 tra legē dñi miſcebat̄ cū madia-
 nita in ip̄o actu pcti occidit. *¶* De
 Helia habet. iij. Regū. i. c. qd̄
 ſup duos q̄nquagenarios fecit
 ignē de celo deſcēdere cōburen-
 tem eos. *¶* De zelo ſimonis: pro-
 eodē videtur hic ſumi ſimon et
 petrus: q̄ binomius erat. *¶* *Chy-*
ſtoriam de anania ⁊ ſaphira ha-
beres actuū. v. c. Glo. tñ ibi ex-
ponit de ſimone germano thas-
dei apli. rāgēdo h̄ſtoriam que ha-
bet in legēda eoz. ſ. d. ſerpētib⁹
per magos p̄curatis quos apli
miſerūt ſup eos ad affligēdum
eos ex zelo dei. ¶ *Uac ita p̄ zelū*
mor̄ mathathias occidit nūciū
regis anthiochi: q̄ eū inuitabat
ex parte regis ad ſacrificandus
ydolis: ⁊ iudeū qui coram eo ſa-
cificabat: vt habet p̄mi macha-
beoz. ij. c. Hac ira motus x̄ps ex-
pulit flagello vendētes ⁊ emen-
tes. Johan. ij. c. ¶ Propterea ex-
 tra de ſentētia excoicationis. c.
 veniēs ponit̄ caſus de ſacerdo-
 te celebrante officiū qui extraxit
 de ecclesia monialē que ip̄m tur-
 babat manib⁹ in eā appoſitū et
 nō ē excoicatus. *¶* *Glo. ibi dicit qz*
preſumit q̄ bono zelo ⁊ nō ani-
mo iniuriandi ſic fecerit. ¶ *Ex*
quo p̄ q̄ ſacerdos turbātes of-
ficiū diuinū pōt expellere de ec-
clia in pena excoicationis: ⁊ gli-

bet alius ratione officij qd obtis
net in eccia. ¶ Propter dicta in
qt Grego. v. moralium. Si sic pri
mos vt nos amare precipimur re
stat vt sic eoz erroribus sicut no
stris irascamur. ¶ Et Sap. eccia.
hes. vij. c. Adhuc est ira risu qz
p tristitia vultus corrigitur ani
mus delinquentis.

¶ Quid ira inordinata peccatus
est: et de speciebus et gradibus et no
cumentis eius Cap. iij.

Tertium misterium declarans
dñ de ira dicit offensionis
Est enim viciū ira q̄ offen
ditur de cū in ea turbat oculi
et aia et intellectus et voluntas. Mas
in ira p zelus q̄ h̄t est et si turbat
oculū rōis: nō tñ aia. i. voluntas
Sed in ira p viciū turbat frequē
ter. id est sicut turbat oculū rōis
cū aia. id est voluntate. Est & ira
peccatū h̄t Tho. cū motus eius est
inordinatus et ira rōis vt puta qñ
qs appetat iniustā vindictā seu
punitionē p̄xim notabiliter dā
nosam. puta qz appetit eū puni
ri qui nō meruit. vel q̄ nō. fecit si
bi iniuriā q̄ estiat. vel si fecit sibi
iniuriā vel alteri: appetit eū pl̄
puniri q̄ meruit. vt si dixerit ei
vbum iniuriosū desiderat pro
pter hoc illū occidi vel vulnerari
et filia. ¶ Mā vt scribit extra de
senten. et re iudi. ca. cū te. in glo.
Nō omnia vba sūt p iniuriā ha
benda vt si ex repentino aio ali
qd dicat. ij. q. iij. c. si qs iratus. d
peniten. di. i. s. diuortij. qm nec
lubricū ligue ad penā facile tra

hendū est. ff. ad. l. iulia. maiestas
l. famos. s. Sed nec lubricū. ¶ Et
incōsultus calor calūnie vicio cal
ret. ij. q. iij. s. notandus. ¶ Sicut
est inordinatus ire motus cū qs
calore iracūdie male cogitat vel
loquit de deo. ¶ Itē cū qs in cor
rectiōe suoz inferiorū excedit mē
surā siue in vbis siue in factis.
Extra de homici. c. p̄sbyter dicitur.
q̄ p̄sbyter qui puez p̄cūtes
indiscrete. cā discipline ex qua p
cussioe puer mortuus est inde ad
paucos dies: p̄petuo deponit et
p̄inat. vbi glo. q̄a excessit fines
discipline. ff. ad. l. acquilia. l. p̄ce
ptoris. ¶ Leuis em̄ castigatio ma
gistris p̄mittit. xij. q. v. c. et de
sete. excom. c. cū voluntate. ¶ Sed
p huius partis pleniore notitia
tria sunt videnda.

¶ primum quot sunt ire species?
¶ secundum quot sunt ire gradus.
¶ tertium quot sūt ire nocumēta
¶ Ad p̄mū dicit Arist. v. ethi. q̄
iracundoz qdam sūt acuti: qdam
amari: qdam gues. Et sic pōt dici
triplex species ire. s. acuta: ama
ra et grauis. ¶ Qui p̄cordat in sen
tentia Grego. et Damascen⁹ li.
ij. dicentes: q̄ tres sunt irascibi
litas species. s. fellea quas phūs
vocat acutā. que leue. s. habz p̄n
cipiū et subitum motus. ¶ Secūda
dicit mania seu insania: quam
philosophus vocat amarā: que
scz p̄manet et in vetustate deue
nit. ¶ Tertia dicitur furor quam
philosophus appellat grauem:
que. s. obstinat tempus ad suppli

ciuum inferendū. **H**ec autē differētia specierū ire non attendit p̄ncipaliter s̄m circūstantiam temporis sed s̄m facultatē hominis ad irā vel s̄m diuersitates in ira et ex causa diuersa firmitatis in ipsa. ¶ **E**nde Tho. iij. vbi. s̄. dicit q̄ inordinatio ire p̄t accēdi ex duobus. primo quidē ex ipsa origine ire: que. s̄. habet leuē cāz. **E**t hec ira p̄tinet ad acutos qui nimis cito irascunt et ex leui causa. **P**tra illud Jacobi. i. Sit autē oīs hō velox ad audiendū; tardus autē ad loquendū et tardus ad iram. ¶ **A**lio mō p̄t attendi inordinatio ire ex ipsa duratiōe ire: que. s̄. p̄manet et nimis p̄seuerat. ¶ **E**t hoc p̄t esse dupliciter. ¶ **E**no modo qz causa ire. s̄. iniuria illata ab altero diu manet in memoria. vnde ex hoc diuurnā tristitiaz concipit. et ideo sibi ipsi amarus est. **P**tra illud ad ephesios. iij. ca. Oīs amaritudo et ira tollat a vobis. **E**t Leui. xix. c. nō eris memor iniurie ciuū tuorū. ¶ **A**lio modo p̄tingit p̄manētia ire ex p̄te vindicte quā quis obfirmato animo querit. et hoc p̄tinet ad difficiles seu graues q̄ non dimittunt irā nisi puniant. ¶ **S**cđm qđ est videndū quot sunt ire gradus. **E**t ihesus benedictus ponit tres gradus cū dicit **M**athe. v. c. Oīs qui irascit fratri suo reus erit iudicio. **Q**ui autē dixerit fratri suo racha reus erit cōsilio. **Q**ui autē dixerit fatue reus erit gehenne ignis. **Q**ui

gradus s̄m Tho. xij. vbi. s̄. nō pertinent ad diuersas species: sed accipiunt s̄m p̄cessus humani actus. **I**n quo primo quidem corde aliquid concipit. et q̄ntum ad hoc dicitur. **Q**ui irascit fratri suo. ¶ **S**cđm est cū p̄ aliqua signa exteriora ira manifestat exteriorē ante q̄ p̄umpat in effectus. **E**t q̄ntum ad hoc dicit. **Q**ui autē dixerit fratri suo racha: q̄ dicitio s̄m **I**herony. est interiectio irascentis s̄z ydeoma hebreū: sicut apud nos heu est interiectio dolentis et nil aliud significat nisi dolores in cōmuni: et pape interiectio admirātis. **S**ed quia apud latinos nō est aliqua interiectio irascentis: ideo dimissū fuit illud racha in suo ydiomate hebreo significans irā in voce absq̄ exp̄sione verbi importantis calumniā maledictiōis et huiusmodi. ¶ **T**ertius gradus est ire q̄n perducitur ad effectū. **E**st autē effectus ire nocumētū alterius sub ratione vindicte. **A**d inimū autē nocumētū est qđ fit solo verbo. **E**t ideo q̄ntum ad hoc dixit. qui dixerit fratri suo fatue: sub quo verbo cōprehenditur omnis iniuria que fit primo in locutione vel opere ex ira. **E**t ex modo loquendi ostēdit deus grauius peccatus in scđo grado q̄ in primo et in tertio q̄ in primo et scđo. et hoc innuit lūz obscure ex mō loquendi p̄ similitudinē p̄cessus iudicarij. **M**az cū adducit reus ad iudiciū: primo de crimine iudic

catur. id est examinetur vtrum fecit
 vel no: et quantum et quod fecit. Rep-
 to quod maleficium perpetraverit scdo
 fit consilium seu collocutio iudicis cum
 suis consiliariis si debeat sibi igno-
 sci vel qua pena plecti. Et h de
 liberato: tertio dat sententia contra eum
 ut tali pena puniat. Sicut ergo
 in hoc processu minus periculum est reo
 iudicari. i. examinari quam post exa-
 minationem de pena sibi debita
 propter delictum tractari. Quod dum ex-
 aminatur adhuc est ei locus de-
 fensionis. et potest convinci de crimine
 et non convinci et absolui. Et iterum
 minus periculum sibi imminet cum de pe-
 na sibi data tractat in consilio quam
 postquam est lata sententia: quia cum agit de
 pena eius potest sibi ignosci vel alle-
 uari pena sibi debita. Sed post sen-
 tentiam datam non habet expectare
 aliquod remedium: sed quod executioni
 mandet. Ita ipse ex ipso modo lo-
 quendi vult ostendere quod minus gra-
 ve peccatum est et si mortale cum quis
 solum habet iram in corde puta cum odio
 quam ipse iram mortalem ostendit exte-
 rius in facie turbulenta vel clamore
 quous nullo faciat iniuriam. Sicut mi-
 nus grave est et si mortale iram ma-
 nifestare ab extra sicut in consilio: quam
 iram ostendere suam cum nocumeto pri-
 mi. s. contumeliam vel percutiendo
 et homini. Tertium quod est videndum
 Quot sunt ire nocumeta et prout
 notari precipue tria. Primum est
 potentiarum anime et virtutum alteratio.
 Secundum corporis deformatio. Ter-
 tium fraternalis separatio. Primum
 est potentiarum anime et virtutum alte-

ratio: propter iram omnes vires seu
 potentie anime alterantur. Ma primo
 oculus intellectus obtenebratur. quia
 ut ait Lato. Ira impedit animam
 ne possit cernere verum. An dicit
 Grego. xi. q. iij. c. illa vel ira. quia
 rector est in ira non dicit tunc iudica-
 re sententiam: quia iudicium rationis est
 obfuscatum. Restringenda est in-
 quit sub ratione potestas. Hec quod
agendum priusquam dicata in eis ad
tranquillitate redeat. Ma comono-
nis tpe iustu putat omne quod fe-
cerit. Et ff. de reg. iur. l. quicquid.
Quicquid calore iracundi vel fit
vel dicit non prius ratum est quam si p-
seuerantia apparuerit iudicium
anime fuisse. Et Cassiodorus li.
 de amicitia inquit. Ira percul absit
 cum qua nichil considerare nichil re-
 cte fieri potest. Hinc Valerius
 narrat li. iij. de archita tarenti-
 no quod dum se pictagore precepti me-
 tapoti civitatis apulie penitus im-
 mergit longo tpe magnosq; labo-
 re solidum opus doctrine complexus
 postquam in patriam revertit ac rura
 sua revertere ceperit aniadvertit
 negligentia villici corrupta et per-
 dita. Intuensque male meritum: su-
 perfluit inquit a te supplicium nisi ira-
 tus esse. Adaluit enim impunitum
 dimittere quam propter iram iusto quibus
 punire. Narrat etiam historia
 ecclesiastica quod Theodosius impa-
 tor christianus et devotus cum audis-
 set quedam ex militibus suis sibi
 carum a tumultu populari occisum
 apud thessalonicas: quia permisit
 se ira succendi fecit indifferenter

plures occidit propter quod postea a beato ambrosio mediolani non fuit permittus intrare ecclesias: nisi prius facta publica penitentia. Et de hoc habet. xi. q. iij. c. cum apud thessalonicam. Sed diffuse de hoc ita scribitur in historia tripartita li. ix. Cum apud thessalonicam civitates quidam iudices fuissent lapidati: indignatus theodosius omnes pariter iussit occidi: ubi septem milia sunt occisi: nullo precedente iudicio. Huius autem cladem plenam gemitibus audiens beatus ambrosius cum princeps venisset mediolanum et solemniter in sacrum voluisset intrare templum: occurrit sanctus episcopus foris ad ianuam et ingrediens his sermonibus a sacri luminis ingressu prohibuit. Mescis miser imperator perpetrare a te necis quanta sit magnitudo neque post causam tantum furoris mens tua molem presumptiois agnoscit. Sed forte recognitionem peccati prohibere potestas impij: decet tamen ut vineat ratio potestatem. Sacra quippe natura est eiusque mortalitas atque dissolutio et pulvis progenitorum ex quo facti et ad quem redigendi sumus et non flore purpureo confidentem infirmitates opti corporis ignorare. Eo quilius hominum princeps es o imperator et proferus. unde est enim omnium dominus rex inquit et creator. Quibus igitur oculis aspicias corpus domini templum. Quibus calcabis pedibus sanctum illum pavimentum. quomodo manus extendes dominus quibus adhuc sanguis stillat iniu-

rus. quomodo his manibus suscipies sanctus domini corpus. Qua presumptio ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies. dum furore tuo tantus iniuste sit sanguis effusus. Recede recede igitur ne secundo peccato priore nequitia augere contendas. Suscipe vinculum quo nunc dominus omnium te ligavit. Est enim medicina marina sanitatis. His sermonibus imperator obediens. Erat enim divinis eruditionibus enutritus: et apte sciens que sunt propria sacerdotum: que regum: gemens et deflens ad regalia remeavit. cumque octo mensum transissent tempora prope pinxit natiuitatem saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduus in palatio residens primas lachrymas incessabiliter expadebat. Ingressus autem ruffinus tunc magister militum et singularis apud principem fiducia habens et videns principem in lamentationibus prostratum: accessit ut lachrymarum causas inquireret. At ille. Tu ruffine ludis et mea mala non sentis. Ego gemitimo calamitatem meam: quia dei templum ingredi nequeo. At ruffinus curro inquit si iubes et pontifici precibus suadebo ut soluat vinculum quo ligavit. Acquieuit imperator dicitis ruffini. Qui ad ambrosium accessit. Adoravit eum vidit Ambrosius ait. Impudentiam canis imitator es o ruffine tante vices necis auctor eris. Quare ruffinus pro imperatore supplicaret

Ambrosius ei semp̄ dure respō
dit: affirmans se impatorem in
ingressu ecclesie prohibitorum.
Rediēs ruffin⁹ impatorē inue
nit qui iam media platea erat vt
pergeret ad ecclesiam: retulitq̄
ruffinus illi que ambro. dixerat.
Et imperator pergō inquit ⁊ iu
stas in facie contumelias excipio
Quōq̄ ad sacra lumina pueniss
in sacras quidē basilicā nō p̄sū
psit intrare. Sed veniēs ad an
tistitem supplicabat vt eius vin
cula resolveret. Qui ambrosius
Quā penitentiā ostendisti post
tantas iniquitates. Qui theodo
sius: nū est docere meū nō susci
pere. Qui ambro. iunxit vt legē
conderet ne sentētia ferri posset
nō irato: s̄ trāfacto. xxx. diez nu
mero. Qd ⁊ fecit: ⁊ cū multa hūi
litate ex p̄sensu ambrosij tēplus
intrauit. ¶ Secūdo ira turbat
volūtates adeo vt si tot⁹ mūdus
filio teneret irat⁹ frāgeret nō cu
rando de tot⁹ mūdi destructiōe
vt satisfaceret ire sue. ¶ Ideo p̄
uerbioz. xxvij. c. d̄. Ira nō habz
misericordiā neq̄ erumpēs furoz.
¶ Dic de alexādro magno scri
bit Justin⁹. cū felicitatē cumul⁹
ad vota cresceret Alexādro i tā
tā elationē puect⁹ ē: q̄ vellet me
ritis cūctoꝝ principū anteferri.
Et cū clivis p̄ dilectissim⁹ alexā
dro: qui pri⁹ sub p̄re philippo. s.
militauerat: deide sub ip̄o alexā
dro cur⁹ duo filij alexādro fuiē
tes ceciderāt in bellis: q̄ etiā se
mel alexandrū liberavit a morte

dū in quodam bello denudasset
caput ⁊ quidā ex hostib⁹ euagi
nato ense illud p̄cutere temptas
ser: qd̄ fecisset nisi clivis repcus
sisset icū interfecissetq̄ sic volē
tē ferire. alexādro patris sui phi
lippī gesta p̄ferret ab ip̄so alexā
dro venabulo transfossus est. s̄
cogitans alexāder qualē amicū
⁊ cur eū occiderit mori voluit: p̄
mo clivū occisum amplectit⁹ ⁊ tā
q̄ audienti suā dementiā p̄fitef
Raptūq̄ telū in p̄cordia sua ver
tit p̄fecissetq̄ facinus nisi cū pri
mi tenuissent. ¶ Ideo cassiodor⁹
in eplis ait. Viri furentes iusta
nō itant. ¶ Tertio ira turbat
ventrē memoriē. Ideo venter si
gnificat memoriā: q̄ sicut in vē
tre reponūtur cibi comesti: ita i
memoria retinent lecta vel audi
ta. Sed cū ira mentē supat om̄e
exemplū māsuetudinis ⁊ patie
tie a memoria expellit: ⁊ ois be
nificij imemor fit eius p̄tra quē
turbat. Sicut patet in saul qui
ita iratus fuit p̄tra dauid cū au
diuit puellas cantātes saul p̄cus
sit mille ⁊ dauid decemilia q̄ q̄
fuit pluries eū occidere: oblit⁹
multoz ⁊ magnoz bñficioꝝ q̄ sibi
⁊ p̄plo fecerat. Sic h̄r. i. Reg.
xvij. ¶ Ideo Sen. i. iij. d̄ ira ait
¶ Cetera vicia impellūt aios: ira
p̄cipitat. ¶ Scdm̄ ire nocumē
tū est corpis deformatio. d̄z em̄
vnusq̄sq̄ esse cōposit⁹ in gestib⁹
corpis qd̄ p̄inet ad modestiā. d̄
q̄ dicit apls ad philip. iij. c. Ado
destia v̄ra nota sit omnibus ho

minib⁹. s; vt refert Grego⁹. li. v. moral. Ira deuict⁹ facie accedit exasperat oculos qd loquat igno- rat. Illis fit arrepticijs vnde me- rito figurat p illū demoniacum qvestimēt⁹ suis dilacerat⁹ nud⁹ i- cedebat: hoies verabat: in mo- numēt⁹ manebat. Math. ix. c. ¶ Talis insup vehemēs ira ac- celerat mortē. ppter ea d: puerb⁹ xxx. c. Zelus ⁊ iracūdia minuūt dies / vñ aialia iracūda vt ca- nis: qui de facili mordet ⁊ latrat sunt breuis vite. Et scilla cōsule romanorū fert qd p ira cū turbu- lentissim⁹ ess; fracta est sibi vena sanguis in corpe vñ mortu⁹ est. ¶ Tertū nocumēt⁹ ire d: frat- ternal⁹ sepatio. Quilibet enis ca- uet sibi h̄re familiaritatē cū ira- cūdis abhorretq; conuersatiōz eoz. ¶ An grego⁹ li. v. moral. ait Der irā grā vite soqalis amittit sicut scriptū est. Noli esse assidu⁹ cū hoie iracūdo ne discas semi- tas ei⁹: ⁊ sumas scādalu aie tue. Quia q se ex hūana rōne nō tē- perat: necesse ē vt bestialiter so- lus viuat vt fere siluestres. Im- mo nec secū qete habitare pōt solus: s; d seipsū irat⁹ frāgit ali- qñ vasa vel cartas vel seipm p- cutit. ¶ And legit in vitā prim de quodā iracūdo q cū nō posset cū alijs cōuersari ob suā irā del- mū accessit ad locū solitariū: vt posset sine ira viuere. S; cū qdā die p aqua iuss; ad fōtem: imple- to vase ex aqua casu x̄sato vase aqua effusa est. S; iste iterū im-

pleuit alia aqua ira p̄motus: et iterū cum posuisset vas plenum in terra aq effusa est. At ille vas illud cōfregit: sicq; perpendit q nō ali⁹ sed ipsemet causa erat ire sue. ¶ Cōuersant aut cū tali- bus iracūdis libedter demōes Ideo apl⁹ ad ephesios .iiii. ca. ait. Sol nō occidat sup iracūdi- am vram. nolite locū dare dia- bolo. Quasi dicat p iracūdiam diabol⁹ habitat in vobis. et hoc cū sol rōnis succūbit in ira: qui d uno iracūdi vident⁹ peiores dia- bolo. Mā diabol⁹ non fuit ausus p̄cipitare xp̄m de pinnaculo: sed dixit mitte te deorsum. S; phari- sei vt d: in euangelio duxerunt vsq; ad sup̄ciliū monti vt preci- pitarent eum. Lauenda igit ira est: et hoc fieri pōt si dum q̄s nō vult irasci anteq; irascat alloq̄t seipsum: dicatq; sic. Esto cautus ⁊ tpe ire cogita quia que tunc re- cta ⁊ iusta videri poterunt: iniq̄ erūt ⁊ indebita. Et sic dux iracū- die calor aduenerit r̄cordare qd p̄cogitasti dū nō eras irat⁹. In- q̄t em̄ seneca. li. ij. de ira. Max- imū remediū ire mora ē. Igitur vincat ro iram ⁊ maluetudo re- gnet in oib⁹ q digni effici cupiūt grā ihesu xp̄i: cui sit honor ⁊ glo- ria in secula seculorū Amen.

¶ Feria tertia quarta ebdo- mada. De correptione fraterna Sermo vigesimusquart⁹.

3 peccaue

rit in te frater tu? va
de et corripe eum inter
te et ipsum solum. verba sunt redem
ptoris nostri originaliter Mathi
xviii. c. et in euangelio hodierno
Si seruarerit hoies documeta sa
luberrima domini nostri iesu christi neque
ira in primos fureretur: neque inui
die liuore tabescerent: nec alijs
passionibus viciosis obruerentur
Docuit namque nos ipse dei filius
precepta charitatis quibus humanis
animis contra queque reprehensibi
lia posset regulari. Inter hec au
tem extat mandatum de fraterna cor
reptione: de quo fit mentio in les
ctioe sancti euangelii hodierna
Idcirco ad eruditionem nostram de
ipsa in presenti sermone dicemus.
De qua proponimus tria myster
ia declaranda.

Primum de obligationis.

Secundum modificationis.

Tertium denunciationis:

Qualiter corripere primum
peccatorem est preceptum affirmatiuum
quod omnes obligat etiam et peccatores. et
quomodo inferiores corrigere
possunt superiores.

Capitulum primum.

Primum mysterium declarandum
de obligationis. In
quo qualiter obligetur
omnes ad fraternam correptionem
aperiendum est. Ob quod tria erunt
dubia absoluenda.

Primum utrum fraterna corre
ptio sit in precepto.

Secundum utrum peccator debeat
corrigere peccatorem.

Tertium utrum subditus vel in
ferior possit corrigere prelatum
vel superiorem.

Ad primum dubium dixerunt alij
qui quod hoc preceptum obligat tantum prela
tos et superiores. Nam di. xlv. c. sed
illud. Ihero. ait. Sacerdotes stus
deant adimplere illud euangelij.

Si peccauerit in te frater tu? et
si nomine sacerdotum psueuerit si
gnificari prelati qui curam habet alij
orum. et ipsi prelati tantum ad hoc obligantur

Si Tho. xxii. q. xxxiiij. dicit quod Ihe
risimis crassa et obesa corpora opi-
mis que crescendi mensuram im-
pleuerunt nisi cito ablatione san-
guinis minuantur in palisim et

peffima morborum genera erumpere. s. est necesse. Et Galienus do-
cissimus ipocras interpres. Athlet-
as quorum vita et ars sagina est
dicit in exhortatione medicine nec
viuere posse diu nec sanos esse.
que verba ponuntur de psal. di. v. c. ne-
tales. Et Ecclesiastici. xxxvij. sapiens ait
In multis escis erit infirmitas.

Et Seneca ad Lucilla. Multos mor-
bos multa fercula fecerunt.

¶ Secunda pena qua punitur gula est
spiritualis. Quia vicia amittuntur per
eam et destruuntur omnes virtutes que
sperant omnia temporalia bona. In
huius figuram legitur quod nabuzardan
princeps coquorum destruxit mur-
ros iherosolimam ad designandum quod
venter cui multitudo coquorum de-
seruit propter vicium. id est gula: edifi-
cia virtutum ad solam redigit. Et
ait Bratianus. xliij. di. s. i. Quod si
des ruinam patiar patris in illo po-
pulo hebreorum de quo apostolus ait
primelad Corinthios. x. c. Sedit po-
pulus manducare et bibere et sur-
rexerunt ludere. id est festinare in ve-
nerationem vituli aurei declinan-
tes ad idolatriam. Quam spiritum habe-
re possunt de deo vel de beatitudine
quorum deus venter est: ut dicit apo-
stolus ad philippenses. iij. c. Et
gloria in diffusionem eorum qui terre-
na sapiunt. verus enim dei cultor
cum surgit mane cogitat primo de
deo: se et recomendans. Sed gulo-
sus cogitat quod debeat com-
dere: quod magis delectet. De
coquina templum facit: de mensa
altare. ibi ponit victimas varia

cibaria. Ministri sunt serui in se: orationes et lectioes: sunt locutiones de vino et cibarijs. Caritate etiam gulosi non habent: quia pauperibus supflua tribuere nolunt. Ut ait ait Johan. i. sua canonica c. iij. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum egere et non dederit quod caritas dei est in illo. Prudentiam prostermit gula. quia ut ait Iherony. xliiij. di. s. finali. Pinguis veter. id est gule deditus: crassum sensu generat. Docet in herode qui in convivio nesciuit discernere se non obligari ad promissa iniuste: sed imprudenter et crudeliter ad petitiones puellae iussit amputari caput Johannis baptiste. Justicia etiam a gula submergit. unde Ambro. xlvij. di. c. sicut hi. Quis tam iniustus tam avarus quam qui multorum alimentis non sui usus: sed abundantiam et delicias facit. quod facit gulosus ita comedens preciosa quam multi pauperes possent ex illo sumptu vivere. quot irrisiones: detractioes: perditiones: homicidia sunt in convivijs. Absalon fratrem suum occidit in convivio: ut habetur secunda Regum. xiiij. c. Fortitudo ad huc per gulam infirmatur. unde et qui certat in agone ab omnibus se abstinet ut dicitur prime ad Corinthios. ix. c. s. grauamine ciborum et potuum ut sit fortis ad bellandum. Fortissimus holofernes comedendo et bibendo nimis ita fuit debilitatus quam una mulier decapitavit eum. Iudith. xv. c. Superantiam autem gula fugat ex toto: sicut unum primum ex

pellit aliud. Sed et septem dona spiritus sancti ex gula ruunt. Quod figuratum fuit Job. i. c. Quia septem filijs eius divitijs in domo primo geniti: domus percussa a vento ruens oppressit omnes. Septem filii Job secundum Grego. figurant septem dona spiritus sancti. Tertio punitur pena gehennali. Ideo saluator noster Luce. xxi. c. ait. Attendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate et superveniet in vos repentina dies illa. scilicet iudicij vos condemnans. Apulus vero ad romanos xiiij. c. ponit comessationes et ebrietates inter opera tenebrarum. quia ducunt ad tenebras eternas. A quibus nos liberet ihesus filius dei qui cum patre et spiritu sancto vivit. per omnia secula seculorum. Amen. Tercia feria post dominicam de passione. De peccato execranda usure et avaricia usurariorum.

Sermo trigessimus octavus

Estimatio

um prohibeo mundo: quia opera eius mala sunt

Verba sunt redemptoris nostri originaliter Johannis. viij. ca. et in evangelio hodierno. Inter mala christianorum opera illud est satius abominabile quam pene totum genus humanum peccat. Illud equidem avaricia est omnium scelearum mater et causa. Dicit enim in glo. in prologo decretalium. Et. xlvij. di. ca. bonorum. Et in autentico ut iudices sine quoque suffragio. scilicet cogitatio colla. ij. Cupiditas est radix omnium malorum. Propterea de omnibus

nipotens cōminat miseris mor-
talib⁹ dicēs Yheremie. vi. c. Ex-
tendā manū meā sup habitātes
terram. A maiore quippe vsq; ad
minore oēs student auaricie: et a
p̄pheta vsq; ad sacerdotē cuncti
faciunt dolū. Quo in hoc pec-
cato multipliciter hoies errent:
In hodierna die ad auariciā vsu-
rarioꝝ expugnādā elaborabim⁹
Ad hunc em̄ pleriq; deuenērūt
errore vt usurariā prauitateꝝ ex-
ercere libere et inuerecunde ac
publice: nō retardent/ vbiq; ias-
talis pestis crudelissima viget/ q̄
tanto piculiosior est q̄to usura/
ry turpitudine suam adscere no-
lūt/ Quinimo obduratū cor hab-
bentes/ putāt se offerre sacrificiū
deo acceptabile si suis. pris mu-
tuantes lucrū quodcumq; ex mu-
tuo ipso p̄cipiant/ Nā benefice-
re se aiunt: cū et p̄rimoz et sui ipsi
us. ex usura p̄sulatur necessitati.
Ob qd vt eis x̄itas clarius elu-
cescat/ qua possunt suū grāde ma-
lū agnoscere/ in p̄nti simone de
ipsa usura tria proponemus mi-
steria declaranda.
Primum dicit diffinitionis.
Secūm reprobationis.
Tertium participationis.
Quid ē usura que graue est
peccatū. Et q̄ qui ex necessitate
accipit ad usurā ab eo qui est pa-
ratus nōn peccat: et quot modis
usura cōmittit.

Cap. p̄mū

Primum mysteriū declarā-
dū de usura dicit diffini-

tionis/ s̄m enim Goffredum in
sūma sua usura sic diffinit. Usur-
ra est quicquid sorti accedit p̄ces-
dete intentione vel pacto/ vt si mu-
tuo tibi centū florenos hac intē-
tionē principaliter vt aliqd pl⁹ vl-
tra centū recipiā/ vel si mutuo tē-
bi certas mēsuras frumētū: vini
olei et h̄mōi que vsu p̄sumuntur.
Et plus ex hoc exquirō q̄ ipsū
capitale in valore: usurā comit-
to. vt dicitur. xiiij. q. iij. ca. usura.
Pro intelligentia t̄m pleniore
h⁹ p̄is tria sūt dubia decidēda.
Primum vtrū usura sit peccatus
Secūm vtrū liceat accipere ad
usuram.

Tertium q̄t modis cōmittitur
usura.

Pro p̄mo dubio: arguūt vsur-
rarij d̄ veritatē dicētes usurā nō
esse peccatū. Quē em̄ peccatū est d̄ ali-
quā legē: sed usura non est d̄ ali-
qua legē nec diuinalē. nec natu-
ralē. nec hūanalē. q̄ usura nō est
peccatū. Nā i lege diuinali dixit d̄s
Deutro. xiiij. c. nō fenerabis fra-
tri tuo pecuniā ad usurā. nec fru-
ges. nec quālibet aliā rē: sed alie-
no. Ex q̄ auctoritate v̄t q̄ et si nō
fratrib⁹ salti alienigenis et extra-
neis possit fenerari et infidelib⁹.
Quātū v̄o ad legē naturalē de
iure nature est vt hō aliqd reco-
petet ei q̄ sibi b̄nificiū p̄tulit. Nō
le aut q̄ mutuat: aliqd beneficiū
p̄fert/ subuenit em̄ necessitati in-
digent. q̄ si p̄ h̄ b̄nificio aliqd cer-
to pacto obliget eum cui mutuat
ad h̄ q̄ aliqd sibi tribuat/ non v̄o

deur esse pactum illicitum. Reges
 vero civiles usuras permittunt: ut
 patet. *l. de usuris. l. eos.* In con-
 trarium est auctoritas factorum. Unde
 Ambrosius in libro de bono mor-
 tis. *Et. xiiij. q. iij. c. Si quis.* Si
 quis usuram accipit rapinam facit:
vita non vivit. l. grante. Et Da-
 vid in psal. loquens ad deum ait
 Domine quis habitabit in taberna-
 culo tuo. aut quis requiescet in mo-
 te sancto tuo. *¶ Et respondet. Qui*
ingreditur sine macula et operatur iusti-
ciam etc. et infra. Qui pecuniam su-
am non dedit ad usuram. Ecclesia in-
 super statuit quod si quis pertinaciter as-
 sereret usuram non esse peccatum et here-
 tice heretur: et contra ipsum sicut
 contra alios hereticos procedatur: ut
 patet in clementina ex gravi. de u-
 suris. *¶ aut thom. ii. q. lxxviii. usura*
est contra equalitatem iusticie: ex
evidentibus quod usurarius vendit quod non
est. *¶ Nam rerum que in usus nostrum*
veniunt. Quedam sunt quarum usus
ipsarum consumptio est. ut frumentum:
vinum: oleum. et huiusmodi quibus homo utitur
comedendo bibendo et sic ex toto
consumendo. ¶ Quedam res sunt quarum
usus et si non sit ipsarum con-
sumptio in se est tamen earum distra-
ctio: ut pecunia numerata que pri-
ncipaliter inuenta est ad commutatio-
nes faciendas: ut dicit Aristoteles in
1. politico. Et servitudo distrahitur
 cum in commutationes expenditur.
 ¶ Quedam res sunt quarum usus
 non est ipsarum consumptio vel distra-
 ctio. Sicut domus: ager: iumentum:
 vasa argentea et aurea et huiusmodi:

usus enim domus est inhabitatio non
 consumptio. Sic cultus agri est cul-
 tivatio ad fructificandum non ad
 dissipandum: et sic dicitur alijs: et ex isto
 tertio genere rerum usus ipsarum rei
 potest computari seorsum ab ipsa re et
 vnum concedi sine altero. Potest enim
 alicui tradi dominium domus vel
 agri: vel servus: vel iumentum: retento
 sibi usu vel fructu ipsarum ad vitam
 vel ad aliquod tempus: ut fit aliquando in
 donationibus. *¶ Et e converso potest con-*
cedi usus talium rerum retento sibi
dominio: ut fit in locatione affi-
cto: pensione domus et huiusmodi. Et ideo
 in huiusmodi licite recipitur si certum pec-
 cuniam seu lucrum pro usu dato ipsius
 rei retento sibi dominio. Et in-
 de ad certum tempus rehabilita ipsa
 re ex integro. Sed in rebus pri-
 mi et secundi generis: quarum usus
 est ipsarum consumptio vel distractio
 non potest computari seorsum usus ta-
 lium rerum ab ipsis rebus quia
 inseparabilis est. Et cuiuscumque con-
 ceditur usus talium rerum ex hoc ipso
 conceditur et res. et propter hoc in
 talibus pro mutuum transfertur domini-
 um. Sicut ergo si quis seorsum vellet
 vendere vinum et seorsum usus vi-
 ni venderet eandem rem bis. vnum
 et venderet quod non est. propter quod
 manifeste est contra equalitatem iusti-
 cie. Simili ratione que mutuatur vinum:
 frumentum: oleum: pecuniam numera-
 tam et huiusmodi: et ultra suum capitale
 mutuatum aliquid exigit vel principaliter
 intendit habere quod procio potest
 extimari contra equalitatem iusticie a-
 git: quia petit sibi duas recopensa-

nones fieri. vnā scz restitutiones
 equalē rei mutuate. Aliā vero vt
 precū vsus qđ dicit vsura. Ad
 illud x̄o qđ obūciebat deiudeis
 r̄ndet Tho. et Nicolaus de lira
 qđ illud dicit deuteronomij. xxiij
 c. allegatū sane est intelligendū.
 Per alienū em̄ aut intelliguntur
 illi qui erāt finitimi eoz quoz
 terras eis dñs cōcesserat vt cha
 nanei. Et ab illis licite recipiet
 bāt vsuras nō vt vsuras: sed vt
 recuperationē iuris sui. Sicut
 etiā licitū est christianis mutua
 re hostibus ad vsurā ita tñ qđ il
 lud qđ recipitur vltra sortē non
 recipiatur ratiōe mutui. S; iure
 dominij qđ habet in illo. Et vt
recuperet rem suā quā nō potest
ab iniusto possessore nisi media
te mutuo recuperare. Et sic in
 telligit illud capitulum Ab illo.
 xxiij. q. iij. Ad hec faciūt notata
 per Archidiaconum. xxiij. q. ij. c.
 Dñs. Si em̄ permittitur a iure
spoliare inimicū immo occidere
in bello iusto multo magis per
hanc viā suā accipere. Et sic vt
 predictū est licitū fuit iudeis acci
 pere vel mutuare ad vsurā ab il
 lis tñ finitimis nationibus qui
 occupauerāt terrā suā datā eis
 a dño tanq̄ ab hostibus. Nunc
 aut ipsi iudei non possunt sine
 mortali facere vsuras xpianis:
 nec ecōuerso. Mā nō sunt inimici
 nostri in civili conuersatione.
 ¶ Quo aut ad alios infideles si
 verū est qđ sūt inimici nri etiā il
 lis arma inferre possum; tanq̄

Occupatorib; rerū nostrarū. De
 quo. xxiij. q. vij. c. si d̄ rebus. r. c.
 dispar. Et p̄ Inno. r. Hostien.
 extra de voto. c. qđ sup his. Re
 stat longe fort; xpianum ab eis
 licite posse vltra sortē accipere: qz
 suū est qđ recipit. Quod aut cō
 tra saracenos r̄ alios infideles
 dñia r̄ terras possidentes licitū
 est bellū vltra alias rōnes facere
 qz ad defensam r̄ recuperationem
 sit detractor. & licitū. Mā vt di
 cit Inno. in dicto. c. qđ super
 his. vbi terra fuit aliq̄ tpe xpia
 nor: bellum est licitū. Infideles
 aut pdicti abstulerunt a xpianis
 q̄cquid tenent. Mā vbiq; terrarū
 fuit laudatū nomē xpi. vñ in ps.
 dicit. In omne terrā r̄. S; his
 dimissis dicimus qđ vsura nullo
 ex illis x̄bis iudeis fuit pmissa
 minus p̄cessa. Mā licet qdam di
 xerint vsurā fore p̄cessā in q̄bus
 dā casibus. Tñ pprie loquēdo
 in nullo casu p̄cedit. Sed q̄a in
 illis casibus q̄s illi ponunt: ali
 quid recipit vltra sortē. Ideo p
 pter aliquā similitudinē large r̄ v
 pprie sumendo dicit vsura ibi p
 missa: sed nō est ibi vsura. Et sic
 in pposito vel p alienū in x̄bis
 Deutro. intelligit quilibet qđ nō
 erat de gñe iudeoz. Et tñ dicit
 qđ illa fuit compatua pmissio qđ
 pmittit minus malū ne maius
 malū fiat. Sicut etiā pmissū fuit
 eis dare libellū repudiij r̄ repu
 diare vxorē ad repudiandū ho
 micidij siue vxoricidium. Sic r̄
 vsura fuit eis pmissa erga alios

ingenas ne si fuisset prohibita ma-
iori crudelitate crasserent in su-
os ut sue cupiditati satisfaceret.
Excusabunt ergo a pena tempa-
li legis: sed non a pena gehenali
sicut nec a culpa mortali. An di-
cit Criso. xxx. q. i. Hac ratione. i.
fine. Quod enim permittitur nolentes
procipitur. id est permittitur secundum glo-
siam. quia malas hominum volunta-
tes ad plenum prohibere non possu-
mus. Et tamen deus declaravit per
phetas usuras sibi displicere. ut
patet de David. Sed si quis ratione
dicte permissionis vellet eos excu-
sare per illo tempore que tamen excusatio
a doctoribus non admittitur per nunc
tempore gratie reuelate non excusaren-
tur. xxx. q. i. §. si obicit. Ad
illud vero quod usurarii dicebant
quod usura non est contra legem nature.
dicendum quod ratio dicitur ut quis
mutuet primo indigenti si potest:
sed gratis sine spe lucri. et sic quod
gratus sit recipiens mutuus erga
mutuantem: puta in recognoscen-
do beneficium et cum potest eum adiua-
re quam indiget. vel viceversa remun-
nerando sibi vel per alia obsequia:
sed gratis: non ex pacatione. Ma-
si ei teneatur ad antidota naturali-
ter. id est recompensandum benefi-
cium. hoc est ex debito honestatis
non autem necessitatis. scilicet quo posset co-
gi in iudicio. Et ideo secundum Tho.
et alios si quis mutualet alicui cum
hoc pacto quod ei teneretur remutua-
re usuram committeret: quia ultra ca-
pitale suum aliquid exigit quod potest pro
extimari. illa. scilicet obligatio qua potest

eum aduenire in iudicio. Et si usul-
rari diceret quod ille qui accepit pec-
uniam mutuo lucratur cum illa et locu-
pletatur cum damno mutuantis.
Respondetur quod ille locupletatur seu lu-
cratur principaliter per industrias
sua: quia pecunia ex se nichil lucra-
tur: ut patet tenedo in capsula. De
cunia etiam illa non est mutuantis: sed
eius qui accepit mutuam: quia in eum
translatum est dominium. Et si perit vel
perdidit in negociando vel aliud
agendo: perit periculo suo non mu-
tuanti. Damnatum autem non sustinet
mutuus. nisi quia cessat ex hoc sibi
lucrum. Sed idem damnatum habuisset
si pecuniam in archa suasset: quia ibi
non fructificat: et si cum ea negoci-
atus fuisset: potuisset perdere sicut
et lucrari. Substabat enim tunc per-
iculo: ubi in mutuo non substat. Ve-
rum si ex carentia pecunie mutua-
te passus fuisset damnatum: puta quia
oportuisset eum recipere ad usuram:
vel vendere res suas minus iusto
pretio. vel aliquid simile: tunc qui ac-
cepit mutuam: deberet ei satisfacere
de damno secuto propter mutuam
secundum conscientiam etiam si de hoc non fe-
cisset pactum. Non autem de industria
sua lucrum facit: tenetur communicare
cessante damno. Ad illud autem
quod usurarii opponebant dicen-
tes per legem civilem usuras pro cedi
Dicendum quod leges civiles dantur
populis qui sunt per maiorem partem ma-
li vel imperfecti: et intendunt ut pa-
cifice cives viviant ad invicem.
Unde solum prohibet expresse vitia
que sunt magis perturbativa civi-

uilitatis et quietis temporalis puni-
 niendo transgressores et penis ab
 illis coercendo: ut adulteria fur-
 ta et homicidia. Alia vero permittunt non
 ut licita concederentur: sed non ut alia
 vicia predicta punirentur. Et hoc
 ne peiora contingant. Sed lex di-
 uina prohibet omnem peccatum ostendens
 puniri in diuino iudicio. Quod si er-
 go lex diuina et naturalis sit super
 omnem legem humanam: ut patet. di.
 viij. p. tom. Et canonica sit etiam
 preiudicium civili in hijs que spe-
 ctant ad conscientiam. Ideo in hoc
 leges civiles cedunt legi canoni-
 ce: quia si leges ille sunt iuste quo
 ad ciuilitatem vite presentis non tamen
 iuste sunt quo ad ciuilitatem super-
 nam adipiscendam ad quod oportet
 ab omni peccato esse immunem.
 Quare non dedignantur leges sa-
 croscanones imitari. Et secundum
 dubium principale fuit utrum sit licitum
 recipere mutuo sub usura.
 Respondet Thoma. ii. q. lxxvij. Quod
 non licet inducere aliquem mutua-
 re sub usura: licet tamen ab eo qui pa-
 ratum est facere et qui exercet usu-
 ras mutuo accipere propter aliquod
 bonum ut est subuentio sue necessi-
 tatis vel alterius. Nam inducere
 homines ad peccandum nullomodo licet.
 Ut tamen peccatum alterius ad bonum
 proprium licitum est: quia deus utitur
 omnibus peccatis ad aliquod bonum.
 Ex quolibet enim malo elicit aliquid
 quod bonum. ut dicit Augustinus in
 Genesidion. Unde idem Augustinus.
 Publicole querenti utrum liceret
 uti iuramento eius qui per falsos

deos iurat in quo manifeste pec-
 cat eis reuerentiam diuinam exhibens.
 Respondet quod qui utitur fide illius
 qui per falsos deos iurat non ad
 malum sed ad bonum non peccat illius
 se sociat quo per demonia iurauit
 sed pacto bono et quo fide seruauit.
 Si tamen induceret eum ad iurandum per
 falsos deos peccaret. Ita est in pro-
 posito. Sic etiam licet ei qui incidit in
 latrones manifestare bona que ha-
 bet que latrones diripiendo peccant
 ad hoc quod non occidant. Sed cessante
 te necessitate cum petit sub usuris
 ad ludendum vel seortandum et
 huiusmodi tunc mortale esset pec-
 catum. Tertium dubium fuit quomodo
 modis committitur usura. Et ad hoc
 respondeo quod cum usura committatur ex eo
 quod aliquid recipit ultra sortem hoc
 potest fieri tripliciter.

Primo recipiendo munus a manu.

Secundo recipiendo munus
 ab obsequio.

Tertio recipiendo munus a
 lingua.

Primo committitur usura recipien-
 do munus a manu siue sint dena-
 rij: siue quecunque aliud precio extimari
 potest: ut dicitur. xij. q. iij. c. Putant. et c.
 Plerique tamen ab eo ait. Quia usura
 est et vestis usura est. et quecunque sorti
 accedit usura est. et quod velis nomen
 ei imponas usura est. Hoc modo mul-
 ti capiunt usuram voragini immer-
 si. Et primi sunt multi nobiles qui no-
 lunt laborare: et ne pecunia eis
 deficiat paulatim consumendo tra-
 dunt eam mercatoribus vel alijs
 intendentes aliquid annua

nim recipere ad discretionem eorum
 saluo tñ capitali / et quis ipsi vo-
 cent hoc depositum tñ usura est: vt
 pr. xiiij. q. iij. c. Si feneraueris.
 Nec de depositum est nec sapit na-
 turam eius. Sūt alij mutuantes pec-
 unias diuisis personis accipientes
 in pignus domum vel agrum vel vine-
 am sub nomine securitatis. Sed fru-
 ctum interim dicti pignoris volūt ha-
 bere quousque restituant eis pecu-
 niam non computando in sortem et usu-
 ra est: vt pr. extra de usuris. c. pri-
 mo. Excusat tñ in hoc casu gener-
 qui cum sustinent onera matrimonij
 et nodus habuit dotes recipit a
 socero vel alijs dotibus mulie-
 rem possessionem aliquam in pignus
 quousque recipiat dotem: hic licite
 et sine usura facit fructus illius pign-
 oris suos: nec tenet computare in sor-
 tem. extra de usuris. c. Salubri-
 ter. Secundo committunt usuras
 venditores rerum qui vendunt ali-
 quid ad aliquem terminum temporis et ra-
 tione termini petunt plus iusto pre-
 cio nisi intenderent illud non vende-
 re tunc: sed seruare usque ad tempus
 quo verissimiliter credit res illas
 valituras quantum tunc vendit: et si
 nunc non tantum valent. Puta cum
 quis tempore estimo vendit bladum ad pre-
 ces seu instantiam alienam quod inten-
 debat seruare usque ad tempus hic
 male omnino cōiter plus valet. Pro-
 pter quod vendit pluri precio quam nunc
 valeat extra de usuris. c. In ciui-
 tate. Similiter si quis emit merces vel
 victualia minus iusto precio eo quod
 anticipat tempus in soluendo pre-

cium antequam recipiat merces vel
 victualia per aliquos menses: pu-
 ta dat precium tempore et recipit bla-
 dum tempore estatis et hoc nisi substa-
 ret periculum ut quod bladus vel aliud
 potest probabiliter plus vel minus va-
 lere dicto precio quod soluit. extra de
 usuris. c. in ciuitate. Tertio fa-
 ciunt usuram qui emunt possessiones
 vel domos multo maiore precio quam
 valeant cum pacto quod infra certum
 tempus ille venditor possit reemere
 quod usura reputatur seu fraus usu-
 re palliate sub titulo emptionis.
 Quarto faciunt usuram qui faci-
 unt societatem circa pecora vel ani-
 malia volentes saluum esse capita-
 le quo ad pecuniam vel capita anima-
 lium. Quod usura est et non vera soci-
 etas: vt pr. xiiij. q. iij. ca. Plerique.
 cum glo. Quinto faciunt usuras
 mulieres alique vidue que ne con-
 sumant dotes earum vel deponunt
 eas mercatoribus ad discretionem
 et usura est vel recipiunt ab here-
 dibus diuisis sui defuncti posses-
 sionem usufructuandam quousque red-
 dant eis dotes et usura esset secundum
 Hostien. Innocentium et alios.
 Sexto committunt usuram capso-
 res qui faciunt cambia: que vocantur
 cambia sicca. Septimo committunt
 usuram qui mutuam gratiam vel
 bladum antiquum ad renouandum: vt
 nouum accipiant: et si hoc faciunt ne-
 suum sibi pereat et recipienti gra-
 tiam faciunt non est usura. Secus
 si faciunt vt melius recipiant et ve-
 le intendant ex mutuo. extra de
 usuris. c. Consultum. sic tenent

Ravinud? Boffred? et Hostien.
in sumis. ¶ Secundo committit usura
recipiendo munus ab obsequio.
Et sic illi qui mutuunt pauperibus
hac intentione vel pacto ut serui
ant eis in opibus agri vinee et
similibus vel in opibus bouum et equorum
vel alio seruitio corporali usura
committunt extra de usuris.
c. Consului. ¶ Tertio committit
usura recipiendo munus a lingua
ut cum quis mutuat alicui ut porri
gat pro se preces pro aliquo officio
vel beneficio temporali obtinendo.
¶ Et si quis sic obtineat officium
aut aliquod secundum quosdam non
improbabiliter de pauperibus erogare
quod inde emolumentum percipit
deductum tamen expensis sui laboris
ad arbitrium boni viri. ¶ Propter

767
propter iam dicta notandum secundum
thomam. quod si quis mutuat principaliter
propter deum vel amicitiam non intendens
temporale commodum. et is qui mutuum
accepit ex liberalitate sua ut gratiam
non principaliter propter mutuus
donat ei aliquid hoc ei dedit
rans quod ei libere donat usura non
est: quia illud lucrum mutuas non
intendit. argumentum prima. q. ii. c.
Sicut. Non enim deus esse factus
deterioris conditionis sed melioris
propter obsequium pro ipso factum
in mutuando: ut scilicet donum ei gratiam
factum recipere non possit qui pro
secundum omnes potuisset.

¶ Quod omnis scriptura diuina
et humana et etiam lex canonica
reprobat usuram. La. ii.
Et secundum mysterium de

usura declarandum dicit reprobatio
¶ Est enim usura vitium reprobatum
Sicut patere potest in scriptura
diuina et iure canonico ac dictis
gentilium. Unde exodi. xii. c.
scribitur. Si pecuniam mutuo dederis
populo meo pauperi qui habitat tecum
non urgebis eum quasi exactor nec
usuris opprimes. ¶ Et Leuitici. xxv. c.
Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus
in manu et susceperis eum quasi aduenam
et peregrinum et vixerit tecum ne accipias
usuras ab eo nec amplius quod dediti.
Time dominum deum tuum ut vivere
possit apud te frater tuus.

Pecuniam non dabis ei ad usuram
et frugum superabundantiam non
exiges. ¶ Et secundi esdre. v. c. Quia
maiores iudeorum opprimerent
minores usuris grauissimis esdras
audito clamore populi increpauit
optimates et magistratus dicens
usuras a fratribus vestris non
exigat. Non est bona res quam
vos facit. Quare non in timore
domini dei nostri abulat. Reddite eis
hodie agros suos et vineas suas
oliuera sua: et domos suas.
Quin potius pecuniam quam exigere
soleat ab eis et date illis. Et dixerunt.
Reddemus et ab eis nichil querimus.
Sicque faciemus ut loquaris. Et
excussit sinum suum. Esdras dicens.
Sic excutiat deus omne virum
qui compleuerit verbum hoc. De
domo sua et de laboribus suis sic
excutiat et vacuus fiat. Et dixit
vniuersa multitudo Amen. ¶ Et
in decretis. xlii. di. c. Seditionarius

os. Prohibentur usurarii ad sa-
 cros ordines promoueri. ¶ Et ex-
tra de usuris. c. Quia dicitur. Non solus
viris ecclesiasticis: sed etiam quibus
libet alijs periculosum est usurarum lu-
cris intendere. ¶ et extra eodem. in
c. Quia. et in c. Super eo. scribitur
usura perdenat utriusque testamenti
pagina. ¶ et Leo papa. xvi. dil. c.
Sicut inquit. Sicut non suo nomine
ita nec alieno se ferre exercere. ¶ et
augustinus. xiii. q. iiii. c. Quid dicam.
An crudelior est qui subtrahit alii
quod vel eripit diuiti: quam qui trucidat
inopem fenore. ¶ et Ambrosius. xiii. q.
iiii. ca. Ab illo. Sine ferro dimi-
cat: qui usuras flagitat. ¶ et extra de
usuris in pallegato. c. Quia sta-
tum est primo ut usurarii manife-
sti non admittantur ad communionem
altaris. Hostien. dicit quod canon est
ferende sententie non late. Idem dicit
Johannes andree in nouella.
¶ Secundo statutum est ut non reci-
piant eorum oblationes. Et si sacer-
dos recipit reddere tenet et com-
pellit secundum Hostien. dicitur dari epi-
scopo et secundum prudentiam eius vel
restituatur ei a quo extorta est usura
vel de pauperibus. Et qui reci-
pit oblationem a talibus debet ab exe-
cutioe sui officij manere suspen-
sus donec ad arbitrium sui episcopi sa-
tisfaciat. ¶ Tercio statutum est quod
usurarii non recipiant ad ecclesia-
sticam sepulturam si in hoc pecca-
to decesserint. Et inquit Petrus de
palude in. iiii. Si tales usurarii
possunt restituere pro se et non restitunt
sed mandent restituui non sunt ab-

soluendi: nec valent eorum testame-
 ta in quibus nullus esse testis: ut ha-
 bet in capitulo Quia. de usuris.
 li. vi. ubi quod ad statim tenentur, quod
 non videntur habere perfecte bonam
 voluntatem: quia donatio et legata
 cum mortis facta possunt reuocari. ¶ Unde
si usurarius non cauet per talem cau-
tionem qua non possit penitere non
est vere penitens. Et secundum Hostien.
dicunt usurarii manifesti vel per
evidentiam facti: puta quia mentas
tenent paratas ad usuras vel si de
hoc sunt in iure confessi aut conui-
cti. Johannes volan. et Archidia-
con. dicit quod satis potest dici usura-
rius manifestus qui coram sacerdo-
te et testibus publice fateatur se usura-
rarius et usuras restitui mandatur
forte libros romis tradens. ¶ Et
extra de usuris. c. Super eo. ponit-
ur quod per papam dispensari non potest
ut usura exerceatur sine peccato. Pos-
set autem dispensare in exacto quo ad i-
certorum restitutionem si tamen si fiat si-
ne ratione quo ad conscientiam non puto
quod valeat. ¶ Apud gentes etiam
datur usura. Nam ut inquit Cicero
li. iiii. de officiis. Detrahere ali-
quod alteri et hominem hominis incom-
modo suum agere commodum magis est
natura quam mors. Et idem in secundo
de officiis. Interrogatus Cato.
Quid fenerari tamen Cato: quod homines
occidere. Narrat Valerius li. quarto.
Rubrica de libertate. quod cum ciui-
tas romana furore Catiline opp-
meret et cogere non ciues vendere
possiones et domos suas pro-
pter tumultum creditorum longe mino-

re p̄cio q̄ valebant. Tūc Quis
 cōscidius p̄cessit trecētas septua
 gintaquiq̄ libras auri ut illi fa
 tis faceret creditoribus suis q̄ ne
 q̄ de sorte neq̄ de usura quēq̄
 debitorū suoz grauaui. S; quā
 tum in ipso fuit amaritudinē pu
 blice confusiois p̄uata tranq̄
 litate mitigauit. s. debitorēs suos
 expectandone ciuilibis sanguinis
 fenerator videretur. Sed dimis
 sis multis grauissimoz viroz
 sententijs quibus usura condē
 natur. Christum deum et domi
num nostrum audiam. Ipse vti
 q̄ ait. Luce. vi. caplo. Admutuum
date nichil inde sperantes. In q̄
 bus verbis continentur due par
 tides. Prima est mutuum date. Qd
 quantum ad eos qui cominode
 possūt mutuari sine notabili de
 trimento sui status erga eos qui
 sunt in magnis necessitatib; con
 stituti et quasi extremum videtur
 esse preceptum. Quia si hoc dici
 m; de elemosyna: a fortiore etias
 in mutuo. argumentum distincti
 one. lxxxvi. caplo. In singul; In
 alijs ho est consiliū. Secunda
 particula est nichil inde speran
 tes. et hoc est i p̄cepto sita t̄m q̄ in
 telligat de spe bonoz malū que
 p̄cio estimari p̄nt. Itā bñ p̄t et dz
sperari p̄miū et nuz exinde si fiat
mutuum ex caritate v̄l beniuolētia
 Qd multi et p̄cipue septe ge
 nera p̄sonarū p̄cipāt in crimie
 usurarū s; ipsi usurā nō faciunt.
 Et cū myste La. iij
 rū declarandū de usura

dicitur participatio. Sunt enim
 multi participātes in crimie usurarū
 rū q̄ q̄nq̄ se peccare nō putāt eo
 q̄ nō sūt ipsi p̄ncipalit̄ exercen
 tes usuras. Primi sunt notarij
 q̄ scient sup usuras conficiūt in
 strumenta. H; scdm hostienses
 periuri sūt quia cōmunit̄ solent
 iurare q̄ talia non faciam. Et sic
 per p̄sequens sunt infames: nec
 de cetero possunt testificari: nec
 infra p̄ficere. Extra de testi. c. 23
 Si t̄m ob hoc recipiūt pecuniam
 nō tenent restituere: quia rece
 perunt eam pro opere suo q̄uis
 illicito videtur tamen q̄ debeāt
 pauperibus erogare. Sed vtrū
 tales notarij teneantur ad resti
 tutionem usurarum de quibus
 confecerunt instrumenta. Super
 hoc doctores distinguunt: quia
 si scienter faciunt instrumenta v̄l
 chartas de debito usurarum: ac
 si esset legitimum debitum. Pu
 ta quia facit instrumentū q̄ mar
 tinus mutuauerit petro centum
 hinc ad annum restituendos cū
 sciat mutuassee octoginta vel no
 naginta: quia forte et si p̄mo cen
 tū dedit postea in occulto vigin
 ti v̄l decē rehauit a petro ut mu
 tuū sit d̄ illis octoginta v̄l nona
 ginta t̄m tenet insolidū si ipi usu
 rarij non restituant. Et nisi hoc fa
 cerent in fauores recipientis mu
 tuum: Puta quia ille volebat ali
 ter mutuari et petro multū idige
 bat nec poterat alit̄ sibi p̄uidere
 Tūc em̄ nō teneret notarij. Dec
 caret t̄m mortalit̄ scienter hoc fa

ciens: quia perjurium incurreret
faciens instrumentum falsum et in
fraudem usurarum. Ratio primi est
quod efficaciter cooperatur usure acci-
piende. Ratio secundi est: quod intendit
principaliter primo indigenti sub-
uenire. Si autem in instrumento est
facta expressa mentio de usura tunc
non tenetur ad usuram restituendam.
Et ratio quod non efficaciter coope-
ratur ad illud. Nam potest quod mutu-
um accipit ad usuram in iudicio se ius-
urare ut non soluat usuram. ¶ Notan-
dum autem hoc loco quod ut dicit Hosti-
ensis et Johannes andree in no-
uella super c. Sicut extra ne clericus
vel monachus. Quod tabellio siue no-
tarius consuevit iurare se. ¶ Primum
quod de hijs que videbit et audiet
ac requisitus fuerit sine diminu-
tione veritatis et commixtione falsi-
tatis conficiet instrumentum. Unde
solet requiri tabellio sub pena
officii sui quod conficiat instrumentum
requiritur quod si non fecerit peri-
urus videbitur et sic suis instrumentis
postea non credetur. Extra de testi-
c. Testimonium. Et hanc requisiti-
tionem quod de populo facere potest
extra de testa. c. Relatum. Et per
tanto dicitur seruus publicus et publi-
ca persona. ¶ Secundo iurat quod secre-
ta sibi iniuncta celabit. ¶ Tertio
quod de omnibus instrumentis que confi-
ciet pro colla tenebit. ¶ Quarto
quod fidelis erit illi a quo constituitur.
Et si sciret damnum suum tractari per
se vel per nuncium reuelabit.
¶ Quinto quod illud officium sic sibi
iniunctum cupiditate: timore: odio
et amore remouit: et omnia sunt boni

nam conscientiam exequatur. ¶ Sexto
quod super contractu usurario vel in
fraudem usurarum inito non conficiet
instrumentum scienter. ¶ Secundi
participantes usuras sunt viri et
uxores qui recipiunt dotes de usu-
ris. Nam viri non possunt reci-
pere tales dotes. Et si receperint
tenentur ad restitutionem illis qui-
bus socer erat obligatus ex quo
omnia illius erant obnoxia restituti-
oni. Et ipsa mulier soluto matri-
monio tenetur ad restitutionem si
vir non restituit secundum Raymundum
et alios. ¶ Tertii participantes
usuras sunt pupilli. Quia enim tuto-
res vel procuratores eorum pecu-
nias posuerunt ad discretionem
vbi usura est. secundum predicta tenentur
ad restitutionem quibus non fecerint
ipsi tales contractus: tamen quod lucrum
tale ipsi perceperunt. Et si non dis-
ponunt se ad restitutionem cum ha-
berent administrationem suorum bono-
rum iam sunt in statu damnationis.
¶ Sed ipsi tutores et curatores mor-
taliter peccant faciendum tales con-
tractus. Et tenentur ad restitutionem
quibus utilitatem non sunt inde asse-
cuti in casu quo ipsi pupilli non
vellent vel non possent satisfacere
ut notat Archidiaconus. xlvi. di.
c. Sicut non suo. Idem dicendum de
quolibet factore vel procuratore qui
exerceret negocia aliorum faciente
hominum contractus. ¶ Quartii parti-
cipantes in crimine usurarum sunt aduo-
cati patrocinantes eis in hominum con-
tractibus. Quia enim tales digni
sunt morte eterna: quod consentiunt usu-
re cooperando ei. ij. q. i. c. Non in

¶ Quinti participantes in crimine
 usurarum sunt facientes statuta sup
 usuris / **¶** iudicantes sicut ea ut capi
 tanei rectores et hinc / **¶** Et prebe
 res consilia ad hinc statuta pec
 cant mortaliter et sunt excoicati ut
 patet in demetina. **¶** Ex graui de
 usuris / **¶** Dni etiā temporales qui
 permittunt usuras ppter vnā cer
 tam quotā quā recipiunt inde in
 eadē sunt dānatiōe. **¶** Sexti p
 ticipantes sunt profonete seu cen
 sales / qui si pcurant pro illis qui
 muuo indigēt et ab illis q̄ para
 ti sunt dare nō peccāt / **¶** Si autē h
 faciūt principaliter p̄ lucro usur
 rarū et pro pte sua isti nō solum
 peccāt mortaliter ppter coope
 rationē ad usurā. s̄ etiā restitue
 re obligant insolidū: si ita coope
 rati sūt q̄ absq̄ ope illo p̄statio
 illa usuraria minime facta fuisset
¶ Quis ratio est q̄ sicut philo
 sophū. ij. ethicoꝝ mediū cōpara
 tum extremis sapit natura extre
 morū. **¶** Septimi participantes
 usurarū crimē sunt clerici locātes
 domos sciēter usurariis manife
 stis ad fenerandū. hī sunt excōi
 cati ut p̄ li. vi. de usuris. c. Usur
 rarū voraginē / **¶** Confessores autē
 usurarios absq̄ emēdatione ab
 soluētes incidūt in laqueū dia
 boli / **¶** Sed sepe numero ab usura
 rijs decipiunt / q̄ aut veritatē sui
 peccati negāt expresse / aut callidi
 tate multa occultāt / qm̄ petm̄ illd
 usure ita excecāt mētes usurario
 rum ut se se a iniusticia deficere no
 lint credere / **¶** Quos deus bene

dictus deiciet in ignē eternū / **¶**
 quo nos liberet ih̄s filius dei
 qui est benedictus cum patre et
 spiritu sancto per oia secula secu
 lorum Amen.

¶ Feria quarta post dñicas de
 passione. De auaricia furum et
 de ipso furto. Sermo. xxxix.

Ves mee

vocē meā audiunt
 et ego do eis vitā

eternā. Verba sunt redēptoris
 nostri originaliter. Johan. x. c. et
 in euāgelio hodierno / **¶** Descen
 dent auari incorrigibiles in ob
 scura inferni loca. qm̄ nolūt au
 dire voces dñi nostri ih̄esu xp̄i.
 Ipse vniq̄ dixit. **¶** Mathei. xix. c.
 Facilius est camelū intrare per
 foramen acus q̄ diuitē intrare
 in regnū celoz. et Luce. vi. c. Ne
 vobis diuitibus q̄ habetis hic
 cōsolationē vestrā. et Mathei.
vi. c. docuit nō esse thesaurizandū
 in terra s̄ querēdos thesau
 ros in celo. **¶** Que oia auribus au
 aroz surda sunt cū ipsi ad hoc
 elaborēt ut per fas et nefas rapi
 ant aliena. **¶** Et h̄ dictū sit in ser
 mone p̄cedēti de usura pessima:
 tñ hodierna die occurrit tractat
 de auaricia furatoꝝ ut sic loquar
 idest p̄ furta acquirētū hec tē
 poralia bona / **¶** Pro quib⁹ obiur
 gādis tria de furto misteria esse
 declaranda.

¶ Primū dicitur diffinitio.

¶ Scdm̄ excusatio.

¶ Tertium cōmissio

De furto

Quid est furtū: et q̄ differētia inter furtū et rapinā: et de proprietate rei: et de periculis rapine: et cōparatiōe rapine et furti. atq; q̄ graue pctm̄ est furtum.

Capitulum primū

Kimū misterium de furto declarandū. d̄r diffinitio.

Et vt colligit̄ ex dictis alexādr̄i in. iiij. sūme. et ex. l. i. ff. de furtis.

Furtū est contrectatio rei aliene

mobilis et corporalis fraudulose

inuito dño lucrificandi grana

siue ipsius rei siue vsus possessio

nis vere. **¶** Contrectatio ponitur

in predicta diffinitioe qz sine ea

no est furtū etiā si interueniat vo

luntas vel verbū. **¶** N̄ per solam

no voluntatē erit quis trasgressor illius p̄cepti. **¶** No cocupisces rem

primi tui. Rei aliene ponit̄ qz in

re pp̄ria nō cōmittit̄ furtū. Intel

lige nisi alius haberet in re illa

aliqd̄ ius puta qz res erat cōmo

data v̄l p̄gnorata quā dñs frau

dulose capiēdo furtū cōmitteret

ff. de furtis. l. si res. §. si is. **¶** Idē

dicit̄ Tho. ij. q. lxxij. **¶** Adobi

lis et corporalis d̄r quia in reb?

imobilibus vt i agro v̄l in incor

porabilib? vt sunt actiones et ser

uitutes nō cōmittit̄ furtū. eolq; ta

lia non possūt cōrectari. **¶** Fraus

dulosa dicit̄: qz cū aliquis crede

bat rē esse suā q̄ non erat. **¶** Vel si

non erat sua credebat q̄ etiā ab

eo qui habebat ibi ius posset ac

cipere non cōmisit̄ furtū. **¶** Alias

ad rēstitutionē teneat. **¶** Instituta

vi bonoz raptorū. §. Quia tamē.

¶ Inuito dño dicitur qz si credit

dñm permissurus et subest iusta

causa credēdi non tenet. **¶** Secus

si nō subest. **¶** Si aut̄ putat facere

inuito dño et tñ dñs vult furtū

quidē facit q̄tum ad intentionē

sed nō tenet ad rēstitutionē. **¶** Nec

dñs potest perere obstante sibi

sua volūtate. ff. de furo. l. Inter

oēs. §. penultio. **¶** Lucrificandi

gratia dicit̄ qz st̄qs alienā ancil

lam rapuerit nō causa lucri sed

libidinis nō cōmittit̄ furtū. ff. eo

dē. l. Verus. **¶** Siue ipsius rei siue

vsus possessiois vere dicit̄ quia

non solū cōmittit̄ furtum qui rei

dominiū vult lucrari: sed etiam

qui vult in re ipsa lucrari vsū et

possessionē. di. xv. c. Qui sacū. ff.

de furtis. l. Qui inuēta. **¶** Pro ple

niore tñ intelligentia sunt quicq;

notanda. **¶** Primo notandū est

scdm̄ Tho. ij. q. lxxvi. et Johā.

de ripa ordinis minorū. qz cōis

vsus oīm que sunt in hoc mūdo

oibus hoibus esse debuit: vt d̄r

xij. q. i. c. Dilectissimis. **¶** Sic enim

deus instituit naturā humanam

dās ei dñm oīm cū dixit̄ gn. i.

c. Dñamini volatilib? celi pisci

bus maris et bestiis terre. **¶** Ad

dñm oēs habuissent: qz ita erat

ratio bene regulata et ordinata.

qz nulla re vsi fuissent nisi ad ne

cessitatē vel rationabilē utilitatē

et sic nulla iter eos fuisset discor

dia. **¶** Et sic ponitur esse de iure

nature. s. primitus institute cōis

oīm possessio vt patz di. i. c. Jus

naturale. **¶** Sed in natura viciata

etiā de iure nature est in casu ne

cessitatis oia esse cōia. **¶** Et sic in

intelligitur illud Ambrosij. li. di.
 c. Sicut hñ. Nemo proprium dicat
quod cōe est. Post naturā hō lapsā
 iuste prius est iure humano ut
 extra casus extreme necessitatis
 possideant ista tēporalia diuersa
 a diuersis ut ppria. vñ Aug. di.
 viij. c. quo iure. Quo iure vnus
quisq; possidet quod possidet. Nō
 ne iure hūano. Nā iure diuino
 dñi ē terra et plenitudo ei. pau-
peres et diuites dñs de vno lu-
mo fecit. Paupes et diuites vna
terra supportat. Iure aut hūano
 d: hec villa mea: hec domus mea.
 hic suus meus. Est aut ista pos-
sessio ppria cōueniēs ppter tria
Primo qz magis sollicitus ē vnus
quisq; ad pcurandū aliqd et gu-
bernandū qd sibi soli cōpetit qz
id qd est cōe oim vel multozū: qz
vnusq; laborē fugiens relinqt
alteri qcqd pūnet ad bonū cōe.
Secundo quia si oia essent sic cōia
via fraudibus aperiret et illi qui
magis sunt maliciosi defraudat-
rent simplices et puros et accipe-
rēt sibi meliōrē partem. Tertio
possessio illa ppria facit ad paci-
ficū conuictū hoim: qm si omia
essent cōia cū multi persepe eadē
re indigerēt ad rixas veniret et
contentiōes dñ vnusquisq; vellet
rem illā habere. Ex quib; oibus
 sequeret qz terre in solitudinem
 verterent. Agri remanerēt incul-
 tibus bonis esset peius qz nollet re-
 cipere nisi necessaria. Ad alis
 eēt melius qz aggregaret multa
 superflua et lenigia multa ac scā-
 data euenirēt. Vinc Aristot. in ij.

politice reprobatur policias plato-
 nis quia ponebat oia cōia. Et
cordat hñs Bēricus de gadauo
in suis quolibetis. Nū igit ista
tpalia ut ppria licite possideant
nullus debet sine beneplacito et
voluntate dñi ipaz rerū aliquid
auferre. Alioquin furtum facit.
Secundo notandū qz furtū ut di-
cit Alexāder in scdo summe pōt
sumi tripliciter.

Primo cōmunissime

Secundo communiter.

Tertio proprie.

Primo sumit cōmunissime p
oī illicita vsurpatio qz sic vsur-
patio presidētie furtū dicit. Secundo
Johan. x. c. Christus dixit. Qui
ascēdit aliunde qz. s. per ostiū fur
et latro est. Ostiū per qd ascēdit
per dignitatē vel regimē ad ou-
le ecclie est xps ihesus seu modus
traditus per ordinationē ecclie
Uñ xps ait. Ego sum ostiū per
me si quis introierit saluabit. In-
trat ergo p ostiū qz suscipit regi-
men aiaz ppter xpm nō propt mū-
di faustū: et auariciā: imitās ipm
ut parat? sit aiaz ponere p ouib;
suis. nō lanā tm querēs et lactē
poraliū recipiēs curā sūm canoni-
cas sanctiōes. Qui nō sic pmo-
uet ille fur ē et latro. Occulte em
subtrahit aiaz subditoz deo nō
habēdo curam de eis debitam.
Secundo sumit furtū cōiter pro-
qz qz illicita possessiōe vel vsur-
patio e rei aliene. vñ. xiiij. q. v. c.
penale. dicit Aug. Furti noie ut
telligitur omis illicita vsurpatio

rei aliene siue p fraudes siue p
vsuras siue p violentiā ⁊ hmoi.

Tertio sumit furtū pprie cuz
occulte auferit aliēna, substātia.
Sicut de iuda dicit Johan. xij. q
fur erat ⁊ loculos hūis ⁊ ea que
mittebantur in loculis. id est in
scarpella portabat. id est aspor-
tabat. Et de hoc est tex. xij. q. i. c.
exemplū. ⁊. c. habebat **T**ertio
notandū s̄m Aristo. v. ethicoꝝ
q̄ differentia est inter furtū ⁊ ra-
pinā. **M**ā in furto auferunt aliē-
na bona occulte ⁊ fraudulenter
In rapina auferunt aliēna bo-
na publice ⁊ violēter. ⁊ sic sunt
diuerse species auaricie. **S**ciē-
dū t̄m q̄ rapina adhuc sumit tri-
pliciter. **P**rimo mō largissime ⁊
impprie p oī vsurpatōe indebi-
ta siue rei ip̄alis siue rei sp̄ualis
Et sic sumit ad philippēses. iij.
c. **N**ō rapinā arbitrat̄ est. s̄. xps
ihesus esse se equales deo. Sed
hoc fecerunt primi parētes: qui
vt dicit Auḡ. voluerunt rape di-
uinitatē ⁊ pdiderunt felicitatem
Sed hmoi rapine xps soluit pe-
nā. Sicut in p̄sona ei⁹ dicit ps̄.
Que nō rapui tunc exolvebam
Scdo sumit rapina min⁹ lar-
ge p vsurpandē ⁊ acquistiōe vl
retentiōe illīcita rei ip̄alis que
cūq̄ siue manifesta siue occulta.
Et sic uenire pōt etiā cū furto
pprie sumpto ⁊ sic dicit Ambr.
xij. q. iij. Qui vsurā acapit: ra-
pinā facit. ⁊ ibidē Auḡ. Si qd i-
uenisti ⁊ nō reddidisti: rapuisti.
Et Iherony. di. xlij. s̄. i. Aliēna

rape diuincit q̄ vltra necessarias
sibi remere pbat. **T**ertio su-
mit rapina pprie ⁊ stricte. s̄. pro
vsurpatōe rez violentā. Et de
hac Math. xxij. c. dicit Ihesus
phariseis. Pleni estis rapina.
Aduertendū t̄m q̄ est differē-
tia inter raptus ⁊ rapinā. **M**ā si
q̄s rapiat mulierē ad ꝑcubitum
nō ad lucrū: raptum cōmittit vt
diximus in diffinitōe furti ⁊ est
species luxurie: nō aut̄ rapinā q̄
est species auaricie. **Q**uarto
notandū q̄ rapina cōmittit̄ tri-
bus modis. **P**rimo in vsurpatōe
dñis. **S**cdo in iniustis bellis:
Tertio in māifestis latrocinijs:
Primo in vsurpatōe dñis
cū. s̄. aliq̄s dñs vel cōmunitas
accipit vel detinet ciuitatē vl ca-
strū ecclie vel imperij vel alicui⁹
dñi nō iusto titulo. Et in h̄ casu
oē lucrū ⁊ censū qd̄ inde ꝑcepit
⁊ salariū qd̄ ꝑcipiunt officiales
ei⁹ ⁊ rectores rapina est sic fuit
raptor alexāder magn⁹ dicit̄ ma-
cedo. d̄ q̄ dicit̄ primi machabeo-
rū. i. c. q̄ postq̄ ꝑcussit dariū re-
gē psarū ⁊ medorū: ꝑstituit ꝑlia
multa ⁊ omniū obtinuit muni-
tiōes. s̄. p rapinā ⁊ interfecit re-
ges terre: ⁊ ꝑtransiit vsq̄ ad fi-
nes terre: ⁊ accepit spolia multi-
tudinis gentiū ⁊ obtinuit regio-
nes gentiū ⁊ tyrānos ⁊ facti sūt
ei in tributū. **C**ōmittit̄ scdo
rapina in bellis iniustis. Qui ei
iniustū bellū agūt in oibus que
auferunt ab eis ꝑtra q̄s ꝑliant̄ ra-
pinā faciūt: s̄m Tho. ij. q. lvi.

Qui autē iuste bellantur ab hostibus laicis accipiāt: nō cōmittūt rapinā sed capiētes ab alijs nō sunt imunes a rapina. puta si a psonis ecclīasticis morantibus in ciuitatib⁹ ⁊ locis alijs hostiū nisi illis bonis vt victualib⁹ hostes fouerent vel loca illoꝝ essēt incastellata etiā ecclīe: s̄m Buil. seu si a viatoribus seu a suis victualia ⁊ alia rapiāt: vt cōmuniter stipendiarij faciunt. Vñ Luc. ce. iij. c. Johānes baptista dixit militibus. Estote p̄tenti stipendijs vestris. Docens inq̄t Ambro. sup Luc. Idcirco stipendia p̄stituta esse militib⁹ ne dū sumptus querit p̄do crasset, di. lxxxvi. c. in singulis. ⁊ vt dicit Aug⁹ xij. q. i. c. militare. Militare nō est peccatū: sed p̄pter predam militare peccatū est. ¶ Comunit̄ tertio rapina in latrocinijs aptis. Tales erāt q̄ descendente a iherusalē in iherico expoliauerunt ⁊ plagis ipostus abierunt semiuivo relicto: vt habet Luce. x. c. Et latrones quidez maritimi q̄ dicunt̄ pirate p̄ mare p̄dantes q̄scunq̄: excōmunicati sunt ⁊ ab solui non p̄nt nisi a sede ap̄lica. Sicut latrocinātes p̄ terrā qui expoliant romipetas ecclīas ⁊ loca sancta visitatib⁹: aut etiā eos q̄ p̄ suis negocijs vadūt ad curiam romanā vbicūq̄ sit vel inde redeūtes ad pp̄rias aut portātes ad curias victualia simili mō excōmunicati sunt. Alij vero latrones q̄ alios p̄dant ac etiā nauis

gantes expoliant in naufragijs debent excōmunicari. vt extra de r̄apto. c. excōmunicati. Et cū alios sceleratos vt homicidas: adulteros: p̄ditores ⁊ h̄mōi cōfugientes ad ecclīam rōne imunitatis ecclīastice: debz ecclīa defendere ⁊ non p̄mitti ibi capi. vt p̄ extra de imu. ecclīe. c. cū ecclīa. Et. xvij. q. iij. c. diffiniunt. c. metuentes. L. de his q̄ ad ecclīe. cōfugiūt. l. p̄nti. Istos t̄n publicos latrones tueri nō debet: vt extra de imuni. ecclīe. c. Inter alia. Et h̄i q̄dem etiā in vita p̄nti cōmuniter male finiūt. Sicut duo p̄ncipes latronū rechab ⁊ baana: q̄ portātes caput isboseth occisū ab eis fecit dauid eos occidi. ⁊ p̄cissis eoz manib⁹ ⁊ pedib⁹ fecit suspendi. vt habet sc̄di Reg. iij. c. Similiter cōmittit̄ rapina i peccatis ⁊ gabellis indebitis ⁊ iniustis tallijs ⁊ dānis. ¶ Quinto notandum q̄ si quis emit de rapina vel furto sciēter aut hoc pbabiliter credēs incurrit multa mala ⁊ incōmmoda s̄m Raymū. ⁊ Tho. ¶ primo peccat mortalit̄ q̄ furtū cōmisit rem alienā con tractādo inuito d̄no. ff. de furtis l. i. ¶ Sc̄do tenet̄ ad restitutionē rei si habet eā vel valoris ei⁹ si nō habz. ¶ Tertio tenet̄ restituere omnē vilitatē quā habuit vt habere potuit ⁊ etiā incōmoda que sustinet ille cuius est res s̄m Builrm: deductis t̄n expensis q̄s fecisset vtiliter circa rē ipsaz ¶ Quarto nō liberat̄ alienando

alteri. vel si res p̄iret morte. vel q̄
 cumq̄ casu. vel si auferat ei igno-
 ranter. vel violenter. Et hoc nisi
 ipsam rem emptā de rapina v̄l
 furto obtulisset dño ipsi rei t̄pe
 et loco p̄gruo et ille recipe noluis-
 set. ¶ Quinto restituēdo rē quā
 emit patrono nō pōt ab eo exi-
 gere p̄cium. vt p̄. l. de furtis. l.
 in ciuilem. Sexto si restituit rem
 deteriozem q̄ cū ad ipsum p̄ue-
 nit nō liberat. Septimo nō pōt
 agere p̄tra venditorē de p̄cio sibi
 dato: obstat enī sibi turpitu-
 do sua. et hoc nisi exp̄sse cauerit.
 r. q. ij. c. hoc ius. in fine. ¶ Dicit
 tñ Alexander d̄ h̄alis in quarto
 q̄ talis pōt rem emptā restituere
 vendenti vt recipiat qd̄ d̄ illa
 dedit. Adagis em̄ pōt sibi p̄ui-
dere q̄ alij. Debet tñ inducere
 furē vel raptorē ad restituendū
 rem illā dño suo. In foro etiam
 p̄sciētie tenet venditor rei q̄ scie-
 bat rē furatā esse reddere emētī
 bona fide. ¶ Sed hoc loco scit
 re pleriq̄ cupiunt an rapina sit
 grauius peccatū furto. ¶ Et rñ
 det Tho. ij. q. lxxvi. q̄ rapina ē
 graui⁹. ¶ Prima ratio est q̄ fur-
 tū et rapina hñt rōem peccati p̄-
 pter inuolūtariū qd̄ est ex parte
 ei⁹ cui auferit res. q̄. s. p̄tra volū-
 tatē ei⁹ auferit illud cuius est do-
 min⁹. vbi q̄ magis reperitur de
inuoluntario: ibi magis peccat
ur. S̄ maior ratio inuoluntarij
 inuenit in rapina q̄ in furto: q̄
 violentia q̄ sit in rapina directi-
 us opponit volūtati q̄ ignoran-

tia que reperitur in furto. q̄ gra-
 uius peccatū est rapina q̄ furtū
 ¶ S̄cda ratio est q̄ p̄ rapinā nō
 solū inferit dāmnū: s̄ eua inferit
 iniuria p̄sone: cū hoc vergat in
 q̄ndaz ignominiā ipsius p̄sone.
 Et hec iniuria p̄sonalis p̄pōde-
 rat fraudi vel dolo q̄ p̄tinent ad
 furtū. ¶ Tertia ratio sumit ex pe-
 na a legibus vtriq̄ peccato ipo-
 sita s̄m q̄s graui⁹ punit rapina
 q̄ furtū. Et vt ait iherony. xxiiij.
 q. i. c. non afferam⁹. Quis dubi-
tat scelerati⁹ esse cōmissū qd̄ gra-
ui⁹ est punitū. S̄cōm em̄ leges
 ciuiles cū q̄s rapit res alienas
 si agat infra annū ciuilit̄er: p̄uni-
 tur in quatruplū cōputata. s. ip̄a
 re. Si aut̄ p̄ annū punit in sim-
 plū. ff. d̄ vi bonoz raptorū. l. i. r. ij.
 Si vero agat criminaliter p̄uni-
 tur p̄pter vim sine armis in ter-
 tia parte bonoz et est infamis. ff.
 de vi et vi armata. l. i. Si aut̄ cum
 armis. punit de portatiōe: q̄ sc̄s
 deportat in insulā et p̄dit omnia
 sua bona. ff. de publicis iudicijs
 l. iij. §. itē lex iulia. ¶ S̄cōm vero
 canones multip̄r raptor punit
 Et prima pena q̄ excōmunicat
 raptor ab illo ep̄o in cui⁹ ep̄iscō-
 patu fecit rapinā. extra d̄ rapto.
 c. i. Et. vi. q. iij. c. placuit. Itē de-
 negat ei penitētia nisi restituat
 ablata vel securitatē plenam faciat
 de reddēdo si habeat vnde
 possit. Si vero non haberet vñ
 possit et distulit accipe peniten-
 tiā vsq̄ ad mortē. et sic non pōt
 satisfacere si petat p̄niam dabit

De furto:—

et et etiā viaticū. Si autē decedat
Non impenitēs: tunc et viaticum et se
pultura negabit. Extra de rapto
ribus. c. sup eo. c. in litteris. Quod
si nō habet unde reddat nec heredes
nec ppinqui volūt satisfatere: ipse tñ
cōtritus facit quod pōt lz tarde: nō
pūuabit penitētia et viatico sed tñ
sepultura ei negabit. Quod statutū est ad ter
rorē aliorū. Presbyteri vero qui
ptra pdicta fecerint: sepeliendo
ipsum et hmoi debēt deponi ab
officio et bñficio. vt in dicto. c. su
per eo. Sed de raptorib⁹ oculū
non debet iste rigor seruari s̄m
Inno. extra eodem in. c. in lris.
Et lz rapina sit graui⁹ peccatus
furti s̄m Tho. 2. 2. q. 176. fur
tū ex suo genere peccatū est mor
tale est qz est ptra caritatē pmi
tū qz est ptra iusticiā que reddit
vnicuiqz qd suū est et furtus acci
pit qd alterius est tū qz est ptra
pceptus dñi qui ait Exodi. 22. c.
Non furū facies. Ob qd s̄m le
ges furta etiā graui⁹ puniūt.
Et s̄m legē diuinā puniebantur
furta pena damni. Mā vt scribi
tur Exo. 22. ca. Qui furabatur
vnā ouē: reddebat quattuor et q
vnā bouē reddebat quinqz. Et
em̄ inquit Tho. 1. 2. q. 176. In pe
na furti p̄siderabat s̄m leges id
qd frequēter accidere poterat. et
ideo p furto aliaz rerū que de
facili custodiri p̄nt a furibus nō
reddebat fur nisi duplus. Quos
autē nō de facili custodiri possūt

a furto. qz pascūtur in agris. idō
frequenti⁹ ptingebat q oues
furto subtraherentur. Ideo lex
maiorē penā apposuit: vt scilicet
quattuor oues p vna oue redde
rentur. Adhuc autē boues diffici
lius custodiūtur q habētur in a
gris et nō ita pascuntur gregatis
sicut oues. et ideo adhuc hic ma
ior pena est apposta vt. s. quinqz
boues p vno boue redderētur
Et h dico nisi forte idē aial inuen
tus fuerit viuens apud eum qui
tunc solū duplum restituebat: sicut
in ceteris furtis: poterit em̄
haberi p̄sumptio q cogitaret re
stituere ex quo viuum seruasset.
Quod quinqz rationibus possunt
aliqui excusari a furto.

Capitulum secundum.

Secundū misterium de furto
deklarandū dicitur excusatio.
Excusantur s̄m q
des a furto aliqui quintuplici ra
tione.

Prima dicit diuine p̄ceptionis.
Secunda recuperationis.
Tertia auxiliacionis.
Quarta paucitatis.
Quinta necessitatis.
Prima ratio dicitur diuine p̄
ceptionis. et sic vt scribitur Exo
di. 22. c. Filij israel accipiētes ab
egyptijs mutuo vasa aurea et ar
gentea asportauerunt ea secum
sibi illa retinentes. Meqz furtus
sibi imputatur. Quia vt inquit
Augustinus decimaquarta qōe
v. c. Dixit dominus. Non hinc

quisq; exēplū sumēdū putare d; ad expoliandū isto mō primum suum. Hoc em̄ de iussit q̄ nouerāt qd̄ quēq; pati oporteat. Nec israelite furtus fecerūt: s; deo iubenti ministeriis pbuerūt. ¶ Cum em̄ dñi sint oīa nobis qd̄am mō accommodata sicut dñs alicuius rei cōmodate alteri in accipiēdo ab ipso: et cōmodādo alteri non illi faciat iniuriam: nec iste secundus diceret furari accipiēdo illud de voluntate dñi. Ita in proposito accipiētes illa vasa ex precepto dei nō cōmiserunt furtum. Hoc autē de iustissime disposuit propter opp̄siones et iniurias quas hebreis fecerant egyptij et usurpationes mercedis laboris eorū quasi in recōpēsationē illoꝝ dānoꝝ. ¶ Secūdo excusant aliqui a furto rōne recuperatiōis: dū sc; aliqd̄ accipiūt ab illo qui sua bona iniuste detinet et nō vult restituere. ¶ Sim̄ d; tho. ij. ij. q. lxxvi. et Henricū de gandauo distinguē dū est: q; aut tales p̄nt recuperare bona sua p̄ viā iudicij. et sic nō licet ipsis accipere: q; nemo d; esse iudex in p̄p̄a causa. ¶ ne quis i propa cau. l. Aut tales non p̄nt res suas recuperare: vel q; nō habent pbatiōes sufficientes: v; q; oīno illis denegēt iusticia. Tūc accipiēdo cōmodo quo possūt nec peccāt: nec ad restitutionē tenent. Hoc tñ in duob; casibus ē intelligendū sim̄ aliquos. ¶ Primo qñ q; inueniret res pditas illius q; detinet suas. ¶ Secūdo

qñ administraret bona illi. ¶ Alio ter furari nō licet. ¶ Primo p̄pter periculū alioꝝ quib; poss; furtū imputari. ¶ Memo em̄ cū alteri iactura d; locupletari. de regul' iuris in sexto. ¶ Secūdo p̄pter periculum p̄pe fame: puta q; si sciret vt fur diffamabit cū nō poss; pbare illum esse debitore cū abstulit. ¶ q. i. c. Molo. Qui fidens p̄sciētie famā negligit crudel est. ¶ Tertio p̄pter periculū p̄pe p̄sone. q; si p̄uinceret accepisse rem a alteri; puniret tanq; fur. ¶ Quarto p̄pter periculū p̄sciētie: puta q; non credit sibi licere: s; furtus reputat. ¶ Vel q; exponit se periculo p̄iurij: parat; p̄iurare cum petere tur poti; q; dicere veritatem. ¶ Quare peccat sic sibi satisfaciens. ¶ Restituere vō nō tenet: nisi plus de debito accepiss;: vel nisi nō satisfaciēdo et restituendo vnū de p̄dict; pericul' eueniret: cui tamen obuiaret restituendo. ¶ Argumentum extra de noui op̄is nunciatiōe. caplo. ¶ Cum ex iniuncto. ¶ Super eo. ¶ Et ratio ē quia sic retinens cōtra se vel contra proximum peruerteret iusticiam naturalem. ¶ Tertio excusant aliqui a furto rōne auxiliatiōis. cū quis auferret aliquid a te pro auxilio eius: puta quia re aliq; male vteret. ¶ Sicut non peccaret aliquis auferendo occulte fucū mulieri: gladium furioso: pecuniam vel pannos lufori et huiusmodi. ¶ Sic rachel furata est ydola p̄ris sui laban. et ex hoc non reprehēditur.

De furto:—

ditur qz fecit vt auferret occasio-
ne idolatradi. Et hoc intelligit
nisi ex ipso facto seget graue sca-
dalū alicuius. Si quis aut aufer-
ret a diuite auaro vel vsurario
vt inde daret pauperib? nō per
hoc excusaret a furto vt expresse
ostēdit Aug? in quadā omelia.
Et ponit. xiiij. q. v. c. Forte. For-
te aliquis cogitat et dicit. Adulti
sunt xpiani auari et cupidi: non
habeo pctm si illis abstulero et
pauperibus dederō. vñ illi nil
boni agūt mercedē habere pote-
ro. S; hmōi cogitatio diaboli
talliditate suggerit. ¶ Quarto
excusant aliq a furto rōe pauci-
tatis: qñ quis acciperet quid mi-
nimū vt fructus ortorum et her-
bas in paruo valore et hmōi nisi
illud modicū abstulisset intētiōe
notabilis accipiēdi vel dānifican-
di si potuisset: qz tūc est mortale
fm Tho. vñ Ihero. xiiij. q. vi. c.
finali. Fur non solū in maiorib?
sed etiā in minoribus iudicatur
Mō em qd furatū est sed mēs fu-
rantis attēdit. ¶ Quinto excu-
sant aliqui a furto ratiōe necessi-
tatis. Sicut em diximus in ser-
mone. xvij. huius operis. Qui
furat extrema necessitate cōpul-
sus non peccat. sed vñ iure suo
de con. q. v. c. Discipulos. vnde
pōt occulte subtrahere vt dicit
Tho. Non tm pro se sed etiā pro
alio. In tali em casu oia sūt cōia
Sed hoc intelligendus ē cum ali-
ter sibi puidere non pōt. Nam
si ab amicis vel etiā elemosina

alter petendo inueniret et ex vere
cundia nō peteret: nō excusaret
a furto accipiendo ab alijs. ¶ Qd
si nō fuit extreme necessitas: pec-
cat quidē sed alleuiat peccatum
Et in tali casu intelligit penitē-
tia que iponitur. extra de furtis.
c. si qd p necessitates. q. s. penite-
at hebdomadas tres. qz vt dicit
glo. modica fuit necessitas

¶ Qd qnqz sunt genera hoim
q furatū cōmittere solēt. Cap. iij
Tertū misterū de furto
deklarandū dicit cōmissio
Solent em cōmittere

re furatū qnqz genera hominum.

¶ Primi q cōmittunt furatū sunt
filijs familias. Qui si auferunt de
bonis parentū ptra voluntates
illoz: furatū cōmittūt. et si est qd
notabile: mortalit peccant. Et si
filius familias sic furans cohere-
des haberet post mortē parētuz
videt obligari illis p parte que
tāgebat illos d sic ablati si sūt
in notabili qritate nisi obtinuit
set remissiones sup his ab ipsis
parentib? fm Raymun. ¶ Sec-
cundi qui cōmittūt furatū sūt vxo-
res. Si vxor occulte et ptra volū-
tatē viri dedit de eius pecunijs
vel alijs rebus in notabili qritate
¶ Notabile dico fm se vel etiaz
fm pportione substantie viri fur-
tus comisit: siue dederit consan-
guineis: siue expenderit in suis
vanitatibus: siue etiā inde fece-
rit elemosynā ptra voluntatē vi-
ri. ¶ Nota tm q vxor pōt in extre-
ma necessitate subuenire indi-

Egenti etiā contra voluntates viri
 dū tñ ex hoc ipse nō incurrat no-
 tabile detrimentū sui stat. lxxvi
 di. c. nō sat. Si etiā mulier ultra
 gubernationem dom^u exerceret
 artē aliquā lucrosā: tunc de suo
 lucro posset notabiliter dare p
 pñs causis. hñte ei⁹ famalia vñd
 uenient aliūde sustēteretur. De
 pane aut̄ r de vino r hñdō q̄ cō-
 muniter p̄sueuerūt viri dare po-
 testatē familie erogandi eo ipso
 q̄ nō phibuerunt p̄cessisse vidē-
 tur. dūmodo moderate fiat. Qui
 imo si aliqñ phibuisse pie pñt
 interpretari. s. q̄ intēdāt phibere
 a nimio nō a toto s̄m. Buil. Si
 tñ cōscientia sua eis dictaret q̄
 nullo mo p̄tentarent: nō debet
 dare p̄ cōscientiā. ¶ De parafer-
 naliibus aut̄ pñt vxores dispone-
 re sicut volūntatē obstat p̄suetu-
 do. vñ aliqd̄ ius municipale. Pa-
 rafernalia dicunt̄ que habz vxor
 p̄ter dotes vt successiones h̄rēdita-
 rie: legata ei facta vel donata r
 hñdō. Ultra p̄dictos tres casus
 scz extreme necessitatē in paupe:
 vel cū mulier est lucrosa: vel ha-
 bet parafernalia. Petr⁹ de palu-
 de in quarto ponit etiā alios ca-
 sus in quibus vxor pōt dare ele-
 mosynā r alienare sine licentia
 viri. Prim⁹ est ad vitandū dam-
 nū. sicut fecit abigail. p̄m⁹ Reg.
 xxv. c. q̄ mulier habet p̄prietates
 in bonis comunibus sicut r vir
 vñ si p̄ negligentia vel malicias
 viri videat sibi imminere piculus:
 pōt ipsa obuiare. Scd̄s casus ē

Est vir sit fatuus. tūc em̄ dispensa-
 tio domus p̄tinet ad vxorē. Nisi
 p̄ sup̄iorem aliter ordinatū fue-
 rit. Tertius est si vir absens nō
 posuit aliū dispensatorē domus
 sue loco sui. Quartus est si vir p̄-
 egrinans taxatas expēsas dedit
 vxori: si ipsa vult sibi subtrahere
 pōt paup̄ibus erogare. ¶ Scz qd̄
 de muliere supponente alienus
 partū: que alienū filiū nutrit ad
 expensas viri. vel filiū de adulte-
 rio p̄ceptum psuadet viro fore
 suū. Dicendū q̄ quicqd̄ expen-
 det p̄ nutritione r gubernatiōe
 illius filij. Et ad illud in q̄ succe-
 det patri putatio tenet totū ad
 restituendū: qz furū cōmisit qñ-
 tum possibile est. Dicit tñ Ray-
 mundus q̄ talis mulier d̄z labo-
 rare q̄buscunqz modis pōt vt le-
 gitimi heredes nō fraudent her-
 editate paterna. caute tñ. Reue-
 lare em̄ simpliciter marito vel spu-
 rio vel supposito nō expedit ab-
 solute r sine distinctiōe: tñ quia
 forte inde puenirēt homicidia r
 adulteria: tñ qz forte maritus di-
 mitteret eā. r nō valētes forsita
 p̄tinere: vtqz adulteraret̄. tñ for-
 te qz nō crederent sibi. Ideo s̄m
 Buil. vel Raymun. r Hostien.
 Si h̄ secretū reuelari pōt sine pi-
 culo spurio vel marito siue ipis
 siue mediāte aliq̄ bono viro tūc
 reuelandū est vt vel ita si marit⁹
 p̄tent⁹ sit mulier absoluat̄ ab ob-
 ligatiōe satisfactionis: vel filius
 ille ingrediat̄ religionē: aut per-
 gat in regionē lōginqz ita vt nō

percipiat bona heredum ad se non spectantia. Et si dicta reuelatio fieri non potest: aut mulier non credatur faciat mulier id quod potest ad satis faciendū dolens de peccato suo. Et si nō potest plene satis facere pponat firmiter in animo q̄ satisfaciet q̄ cito poterit. Et sic erit in bono statu. *xxij. q. v. c.* Hoc videt. et de pe. et re. caplo officij. Ubi ponit tal casus. Filius autē spurius vel suppositus nō tenet de leui matris credere cū sint multe fallacie mulierū nisi esset tanta honestas femine et pbabiles circumstantie q̄ credere deberet. Tertij q̄ furtum committunt sunt deceptores et fraudantes. Et sic discipulus cuiuscunq̄ artificis si abstulit vlt̄ pecunijs vel de ipsis reb̄ venalibus sui magistri. vlt̄ si emēs aliquid pro suo magro dixit plus expendisse q̄ fecerit accipiens sibi residuum pecunie furtum comisit. Item quilibet gerens negotia alterius: vt tutor: curator: procurator: et huiusmodi fingentes se plus expendisse in emendo vlt̄ min⁹ recepisse q̄ recepint in vendendo. vlt̄ al̄s dolose dānificans fur est. Item q̄ habet societatem cum altero de lucro alicui⁹ negotij si sufficienter scdm̄ pacta iniuncta et iusticiam sibi non respondit de parte illi contingente: sed illa sibi retinendo furtum comittit. Sic etiam agricola participans fur est. si non fideliter et integre respondet suo patrono. Sup̄edarius insup̄ etiā in bel-

lo iusto si pullos vel alia comestibilia abstulit ab hoibus pro quibus pugnat vel blada collegit p̄ equis pascēdis vel aliter dānificauit tenet ad restitutionē nec excusat si hoc faciat ex p̄cepto dñi sui. Serui et ancille accipiētes de bonis dñorū suorū sine scitu eorū furtū comittunt. Sartores adhuc p̄nū occulte capiētes fures sunt et mortalit̄ peccat et tenent ad restitutionē. Quartij qui furtū comittunt sunt vtētes re comodatā ad aliquē certū vsum ad alium vsum p̄tra voluntatē dñi. Puta quia equus comodat⁹ ē vt iret in villā et ipse duxit in bellū. Talis furtū comittit nisi forte ratione amicitie poneret spem in ratihabitione. Et tenetur talis ad satisfactionē si res perit vel deteriorat. ff. comodati. l. si vt certo. Scdm̄ vero Hostiensem comodatū est alicui⁹ rei ad aliquem speciale vsum gratuita facta concessio. Similr̄ committit furtū in deposito. Quā em̄ quis deposito sibi facto vsum est vlt̄ retinuit sibi vel p̄cessit ad vsum furtū comisit nisi hoc egerit cū voluntate deponētis. Siquis etiā vsum ē pignore accepto vñ habuit emolumētū tēporale si hoc egerit p̄tra voluntatē pignorat̄is comisit furtū. Et ex voluntate eius comisit vsuram nisi forte esset talis res cui⁹ vsum sine precio cōcedi solet inter amicos sicut comodatio libri. Et in vtroq̄ casu tenet ad restitutionē vel restituendū precia illius vsum scdm̄ Tho. ij. q. ij. q. lxxij. Qui

Noj

Noj

Noj

bne.

No] a qui furtū cōmittūt sunt qui res
 inuentas sibi retinēt quas retie-
 re non possunt. vnde iheronymus
 xij. q. v. c. Adulti. Sciāt hoc vi-
 cium simile esse rapine si quis in-
 uenta non reddiderit. Et augus-
 t. eadem causa et questione caplo.
 Si quid. Si quid inuenisti et nō
 reddidisti rapuisti. Ad idem facit
 ff. de furt. lex falsus. ¶ Aduertens
 dū tamē sū Richardū i quarto.
 et tho. Qd res inuentas aut de p-
 pinguo fuerunt in bonis alicui
 nec habent pro derelictis. Aut
 nunq̄ vel non de ppinguo: sed
 ab antiquo vt thesauri. Si pmo
 modo qui res inuentas accepit et
 sibi ipsi retinet mortaliter peccat
 si est qd notabilis valoris et tene-
 tur ad restitutionē ei cuius ē qd
 No] si nescit cui sit faciat publice de-
 nunciari in ecclia. Et si nec isto
 modo reperiret cuius essent de-
 bent paupibus erogari. nisi ipse
 No] inuentor esset multum paup: quia
 tūc possit cum licētia ep̄i vel con-
 fessoris sui sibi retinere qm nō in-
 ueniret p̄onus. S; si res inuen-
 ta non fuisset in bonis alicui ali-
 quādo sicut lapilli et gemme que
 inueniunt in litore maris et non
 domestice aues et pisces talia oc-
 cupanti cedunt. Instituta d re.
 diui. §. Fere. §. Et quidē. Et ea-
 dē rō est de thesauris antiq̄ tem-
 pore sub terra occultati quorum
 non est aliq̄s possessor. nisi qd s;
 leges ciuiles tenet q inuenit da-
 re medietatē dño agri: si in alie-
 no agro inuenit. In agro ho-

suo est inuentoris. S; de huetu-
 dine vbiq̄ inuenit est princ-
 pis sū Petru de palude. in. iij.
 Hostien. autē in summa dicit q
 si thesauri inuenit i alieno agro
 data opa est inuentoris. S; si nō
 data opa: medietas debet dño
 fundi. Instituta de re. diui. §. itē
 ea. §. Theauri. et §. Tre lapilli. et
 L. de thesauris. l. i. Res autē q
 iaciunt in mari ad alleuiandum
 nauī propt piculū vite nō habē-
 tur p derelicta vñ restitui debent
 si scitur p̄onus vel paupib; ero-
 gari si nescit. Quibuscumq; mo-
 dis igit furtū cōmittit graue est
 peccatū impediens iter supne vite.
 Ad quā nos pducatur iesus dei fili-
 us: qui viuit et regnat in secula
 seculorum Amen.

¶ Feria quinta post dñicam de
 passione De auaricia iudicis
 Sermo quadragesimus.

Ecte iudica

sti. Verba sunt redem-
 ptoris nostri originali-
 ter Luce. vii. c. et in euāgel. hodi-
 ermo. Sitientes aurum iudices
 auari iusticiam suppeditant fal-
 sissq; iudicis inferunt suis proxi-
 mis crudelissima damna. Possu-
 mus iam dicere illud Iheremie
 v. c. Circuite vias iherlm et aspice
 te et considerate et querite in pla-
 teis eius an inueniat virū facie-
 rem iudicium et querentē fidem.
 Karissimi quippe sūt qui in iudi-
 cando propter pecuniam nō des-
 ficiant. Et quis apud vulgares

Iudices dicantur doctores iuris in pprie loquendo tales dici debent iuris periti. sed iudices sunt quicumque habet in aliqua materia iudicare civili vel criminali siue sint ordarii: siue s' delegati: siue arbitri: siue dicant dñi: siue potestates et capitanei: siue priores: siue officiales: siue consules alius cuius art: siue rectores vniuersitatis et hmoi. Unde. xiiij. q. ij. c. Futurum. Isidorus ait. Iudex dicitur quia ius dicat populo siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Unde dñs deuteronomio. xvi. c. dixit. Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis ut iudicent populum iusto iudicio. Non sit autem sic: quod ut Isidorus ait. xi. q. iij. c. Paup. Paup dum non habet quid offerat non solum auditur et temerarius: sed reprobatur. Lito videlicet auro iusticia: nullatenus reprobatus mescit culpam quam numeris redimere existimat. Propterea in presenti sermone de avaricia iudicum dicemus. In quo de ipsis iudicibus tria mysteria proponimus declaranda.

Primum de avaricia,

Secundum qualitatem,

Tercium culpabilitatis

Quod a grave homo iudicat hominem etiam superior: malus: et quod iudex non potest simul esse iudex et accusator et testis.

Capitulum. i.
 Primum mysterium de congruitate. In quo tria dubia erunt solvenda. Primum vtrum sit convenientes quod homo sit

iudex hominis.
 Secundum vtrum sit convenientes quod superior malus iudicet.
 Tercium vtrum sit convenientes quod iudex sit simul accusator et testis.
 Ad primum dubium dicunt quidam quod non est convenientes quod homo sit iudex hominis. Nam. i. ad corinth. iij. c. Aplos ait. Nolite ante tempus iudicare quoad usque veniat dominus. Et ad rom. xiiij. c. Tu quis es qui iudicas alienum servum. Et Mathei. viij. c. Nolite iudicare et non iudicabimini. Sed tamen contrarium invenitur in scriptura sacra. Nam deuteronomio. i. ca. Dixit filius israel moyses ex voluntate dei de hijs quos preceperat iudices. Audite illos: et quod iustum est iudicate. Et Ysaie. i. ca. scribit. Querite iudicium subuenite oppresso: iudicate pupillo defendite viduam. Et ad rom. xiiij. c. dicit de iudice. Non sine causa gladium portat: minister enim dei est.
 Respondet et Alexander. i. iij. summe allegando augustinum in li. de penitentia. Et glo. in epla ad corinth. Quod duplex est iudicium. Primum particulare inordinatum et usurpatum ac temerarium de quo diximus in quadragesimali de penitentia. et de hoc loquuntur auctoritates primo allegate. Secundum est iudicium ordinatum et publicum institutum ab ipso deo ad punitionem iniquorum et ad declarationem dubiorum pro pacifico convictu hominum. et de hoc deuteronomio. i. c. Moyses dixit. Constitui ex tri-

hnb' vris principes & tribunos
& centuriones q' pplm iudicaret
Est tñ sepe hoc iudiciū publicū
iniquū. Dñ laici psumūt clericū
iudicare & prelat' non subditū
suū. Unde in figuram dñs pre
cepit q' trāsiens per alienū ager
non mitteret falcē in messes alie
nā scilz falcē iudicij in non subdi
tos: vt exponit. Gregor'. vi. que
stione. in. c. Scriptū. ¶ Secun
dū dubiū fuit vtrū sit conueniēs
q' superior mal' iudicet. Et pos
set argui q' non. Mā apls ad ro
manos. ij. c. In quo aliū iudicas
teipsum condēnas. i. p' demnabile
ostēdis. Et amb. iij. q. vij. c. Judi
cet. Iudicet ille de alteri' errore
qui nō hz qd in seipso p'demnet.
Iudicet ille q' nō agit eadem q' i
alio nouerit puniēda ne cui de
alio iudicat in se ferat sniam. Et
Grego. iij. q. vij. c. Qui sine pec
cato. Dicit de iudiciis. Reuocē
tur ad p'sciētiam vt pri' p'p'a cor
rigāt & tūc aliena rephēdāt. Ad
idē fac. c. postulat'. & c. In quib'
sup'dicta cā & qōne. ¶ Sed in
contrariū sunt exempla manifesta.
Nam saul cū esset a domino rep
batus pplm iudicabat & ei' iudi
ciū vnīuersus pplus expetebat.
Nec dauid voluit eum occidere
in spelunca dicens: propicius sit
michi dñs vt non extēdam ma
nū meam in ch'istā domini. pri
mi regū. xxij. c. Dauid nō cum
esset adulter & homicida interro
gata p'pheta sniam. in diuitem
dedit q' ouē paupis rapuit dicēs

Iudiciū mori ē vīro huic. Quis
reddet in quadruplū. Insuper sa
lomon cum ydola coleret amore
mulierū infatuat' tñ vnīuersus
israel ad ei' iudiciū p'sluebat. pro
bant ista. vij. q. i. c. Aristacter: et
ij. q. vij. c. Sic de hīs. ¶ Respō
det itaq' alexander. vbi. s. Qd ē
iudicare de officio p'tatis & hoc
modo mali pnt iudicare subdi
tos. Et est iudicare d' merito po
testat'. Et hoc mō iudicant boni.
Dñ q' mali ab ecclia tolerāt eor
rū iudiciū subterfugere nō est li
citū v' obtēperare est p'f. cui. Ju
dex aut' q' mal' est precipue noto
rius alios scādalizat. Mō tamē
d' criā dimittere impunita: scōs
Tho. ij. q. xxij. sed proponere
emendationē in se & cū humilita
te p'dēnare & nō peccabit. ¶ Ter
ciū dubiū fuit vtrū sit conueniēs
q' iudex simul sit accusator & te
stis. Et videt' q' sic. Mā danielis
xij. c. habet. q' daniel fuit accusa
tor: iniquitatis seniorū & iudex eorū
dē. & Iheremie. xxix. c. Dñs ait.
Ego sum iudex & testis. ¶ Sed
in contrariū est text'. iij. q. iij. ca.
Null' vbi d'. Null' vnq' presu
mat accusator simul esse iudex &
testis: qm in omni iudicio quatu
or sp' p'onas eē necē est. Id ē iu
dices electos: accusatores idone
os: ac defēsores p'gruos: & testes
legitimos. Iudices aut' debent
vti eq'tate: testes veritate: accusa
tores intētionē: ad āplificādum
cām: defēsores ad minuēdā cau
saz. ¶ Rñdet alexander q' iudex

est persona media inter accusatores
vel reum et defensores: et in nulla par-
te de declinare. Similiter nec perso-
na testis potest assumere ne habet
atur suspectus de impositione cul-
pe: cum ad ipsum pertinet sententia infer-
rende pene. ¶ Ad illud quod obijci-
ebatur de danielle: dicitur quod in illo
facto gerebat personam diuinam et hu-
manam. Primum in accusando, unde
ibi dicitur quod suscitauit deus spiritum pueri
iunioris. Huiusmodi persona ge-
rebat in iudicando: quia dicitur eos
daniel ex ore ipsorum falsus dixisse
testimonium. Ideo que inspiratione
dei facta sunt non sunt trahenda
in consequentiam. ¶ Ad aliud vero quod
inducebatur de deo, dicit alexander
quod de iudicando non potest a iusticia
declinare: homo autem sic Ideo alia ratio
est de iudicio dei et alia de iudi-
cio hominis. ¶ Quia ergo ordinatum
iudicium ad hoc ut iudex recte iu-
dicet requirit ultra ipsos actores: scilicet
ue accusatores reum et testes. Ideo de
hijis aliquid sunt videnda. ¶ Et pri-
mo sciendum est de accusatore: quia
ut dicitur ambrosius in quibusdam articulis. De manifesta.
Iudicis non est sine accusato-
re danare. Et hoc nisi crimen sit
notorium. Euidencia enim patrum
sceleris clamore non indiget ac-
cusatoris: ut dicitur in predicto. c. Ma-
nifesta. Et extra de accus. in. c. Eui-
dencia. Fama enim publica frequenter
et clamorosa per aliquem subditum ob-
tinet vim accusationis: ut dicitur in glo.
in. c. i. de offi. ordi. extra de accus.
sa. c. Qualiter et quando. extra de sumo.
c. Licet heli. et xi. q. iii. c. precipue

Sed quia is qui vocat aliquem ad iudicium
cum querelam ponit aliquem de causa cri-
minali seu criminis. Aliquam de civili
seu de rebus temporalibus. In criminali dicitur
accusator. In civili consuevit
dici actor quoniam etiam in criminali di-
citur actor. ¶ Tripliciter autem con-
tingit tales peccare. ¶ Primo casu
luniose agendo. scilicet imponendo ali-
cui falsum crimen ex malicia vel pe-
tendo aliquam bonam tanquam sibi debita
que nouit per se vel ex consilio pe-
ritorum sibi non deberi. Et talis in
utroque casu peccat mortaliter agens
contra charitatem proximi et contra iu-
sticiam. Et de omni danno inde secu-
to tenetur lesio modo sibi possibili
xiiij. q. v. c. Non sane. in fi. Quia
si danificat in bonis temporalibus de-
bet illa restituere. Si in fama vel
persona quia accusatur de crimine iniu-
ste et conuictus falso infamat de fa-
cto et occidit vel mutilat: vel aliter
ledit in persona deus sibi satisfacere
ad arbitrium boni viri. Non tamen
tenetur se manifestare post factum
si inde periculum vite immineret. Sed
si est in processu cause deus dimittere
et non persequi. ¶ Secundo peccat ac-
tor inordinate desistendo a pro-
secutione cause inchoate. scilicet peruari-
canda. id est aliam partem videlicet accusatum ad-
iuuando colludendo cum eo. vel non
inducendo legitimas probationes
quas habet contra eum et acceptando fal-
sas excusationes rei. Quod habet lo-
cum in criminibus. Aut etiam ex to-
to desistit a debita prosecutione
cause sine debito ordine iuris:
quod dicitur tergiversari. et hoc

facit corrupte pecunia a reo et a
amicis eius. Aut precibus eorum
inductus. Et tunc peccat mortaliter
quod facit contra republicam cuius
bonum procurat per punitionem
criminum quod ille impedit secundum Thoma.
ii. ii. q. lxxviii. In causa autem civili
seu ubi agit de temporalibus quia
ibi non intendit nisi indemitas
actoris. Et quilibet renunciare
potest iuri suo. vii. q. i. c. Quampericulosum.
Ideo absque peccato potest desistere
a persecutione cause sue siue
concordando cum reo siue ad vitandum
expensas et gravamina litigiorum.
Tertio actor offedit reum
etiam si habeat iustam causam civilem
vel criminalem cum per indebita
media causas prosequitur vitando
medietatem in iudicio vel falsis
instrumentis et testibus et probationibus
alijs ne amittat iustam causam
quod etiam mortale est secundum Thoma.
ii. ii. q. lxxviii. vbi nullo modo licet
xii. q. ii. c. Faciat. Verum si inde
obtinere victoriam cause ex quo certus
est de sua iusticia non tenetur
ad satisfactionem alteri parti nec
etiam in expensis placiti cum ille iniuste
verauerit eum. Si autem actor
in causa civili extimat se ius habere
quia et sic sibi dicit ab advocatis
et peritis: vel etiam dubitat de iure
suo nec in processu cause cognoscit
contrarium etiam si causam habet
iniustam non peccat placitando
quis melius faceret concordando
vel dimittendo. Et si obtinet victoriam
cause non tenetur satisfacere dum hoc
ignorat: et probabilis ignorantia excusat eum

di. xxxvii. §. finali. Sed si postea
certificatur de errore suo tunc tenetur
ad restitutionem bonorum illorum et
hoc nisi iam bona fide prescripserit.
Extra de prescriptionibus per totum.
In causa autem criminali nisi
sit pene certus de crimine et posset
legitime probare non excusaretur a peccato
mortali accusando quod exponit se
periculo magno sui vel proximi sine
causa sufficienti.
Item nota secundum Antonium de Butrio
super capitulum. Quod plerique
De immunitate ecclesie. Quod cum
quis siue actor siue reus aliqua
tenet ex iusta sententia data pro eo
a iudice quibus lex positiva ei assistat.
Tamen quod lex naturalis resistit
quia non debet quis locupletari cum
alterius iactura vel damno ut
in. c. Locupletari de regulis iuris.
in. vi. Ideo tenetur talis restituere
sic habita etiam si non procuratio
illius obtinuerit: sed sola iudicis
ignorantia obtinuerit et ille qui succubuit
non appellasset quasi videatur
ille acquiescisse ex quo a sententia
non appellavit lesus. quod talis non
est verus sed presumptus consensus
ut notatur de sententia et re iudicata:
quod non sufficit in foro conscientie.
Quod intelligendum videtur quoniam talis
sufficiens novit sententiam iniustam
fuisse datam pro se siue tunc siue post
ea. Et Secundo sciendum de reo qui si
accusat seu impenit super aliqua re
siue iuste siue iniuste quod potest peccare
mortaliter: et hoc tripliciter.
Primo dicendo falsitatem vel
tacendo veritatem: ut cum iudex exquirat
ab eo veritatem secundum ordinem

iuris: siue l. c. i. civili ut cū interro-
 gat si pecuniā mutuo accepit ab
 auctore vel si nō restituit mutuata
 scies se recepisse hoc negat vel
 restitutam asserit. Siue in causa
 criminali cū accusat et sunt semi-
 probationes vel cū infamia ex-
 orta erga aliq̄ sit inquisitio sup
 hoc etiā in casu mortis negat se
 commississe maleficiū perpetrans
 peccat mortalr talis. Ratio scdm
 Tho. ij. q. lxx. qz facit cōtra de-
 bitū iusticie ad quā p̄tinet ut q̄s
 obediat suo superiori in hīs ad
 que ius sue superioritatis se extē-
 dit. Superior autē est iudex respe-
 ctū eius qui iudicat. Et ideo ex
 debito tenet accusatus iudici ex-
 ponere veritatē quā ab eo scdm
 formā iuris exigit. Si autē non
 esset legitimus iudex. puta quia
 habet dñium usurpatū cū nō sit
 superior eius non videt facere
 cōtra iusticiā si nō obediat ei in
 dicendo veritatē. peccat tñ dicen-
 do mendaciū et mortaliter si per-
 iurat vel inde nocumentū nota-
 bile primo infert. Similiter etiā
 si esset legitimus iudex et nō in-
 quireret s̄m formā iuris. Puta
 impetit de debito pecunie sine
 aliqua infamia exorta vel accusa-
 tione inquiris de homicidio vel
 furto. Tunc non tenet responde-
 re: sed pōt per appellationes vel
 aliter subterfugere iudiciū eius
 nō tñ debet mendaciū dicere. Ac-
 cusatus autē vel inquisitus iuridi-
 ce de vno maleficio et cōuictus
 pōt inquiri et de alijs et teneur

veritatē dicere s̄m petrū de pas-
 lude in. iij. ¶ Scdo reus pōt pec-
 care mortalit̄ calūniose se defen-
 dendo. Mā isto modo etiā si has-
 beret iustā causas peccaret. Sed
 ut inq̄t Tho. ij. q. lxx. Aliud est
 veritatē tacere Aliud falsitatē p-
 ponere. Primū in aliquo casu lz.
 Mō em̄ quis tenet oēm veritatē
 dicere. s̄ illā quā ab eo pōt et d̄z
 iudex exigere s̄m iuris ordinem
 puta cū precessit infamia sup ali-
 quo crimine vel aliqua iudicia ap-
 paruerūt vel cū precessit pba-
 tio simplena. Scdm autē sc̄s fal-
 sitate p̄ponere nullomodo licet
 Ad id autē qd̄ licitū est pōt quis
 procedere vel p vias licitas et p
 posito fini cōgruas qd̄ pertinet
 ad prudētiā. vel p vias illicitas.
 et pposito fini cōgruas. qd̄ per-
 tinet ad astutiā q̄ fit p fraudes. et
 dolū. Et primū quidē laudabile
 scdm Tho viciosus. Reo igit̄ licet
 se defendere occultādo veritatē
 quā cōfiteri nō tenet p aliquos
 cōueniētes modos: puta q̄ non
 respōdeat ad q̄ respōdere nō tenet.
 et hoc nō est calūniose se de-
 fendere sed prudenter euadere.
 Mō autē licet vel falsitatē dicere
 vel veritatē tacere quā dicere tenetur.
 nec aliquā fraudē adhibe-
 re: qz fraus et dolus vim habēt
 mendaciū qd̄ est calūniose se defē-
 dere. ¶ Tertio peccat reus p ap-
 pellationē iniustā videlz cū quis
 appellat a sentētia causa asserens
 de more ne ptra eū iusta sentētia
 ferat. Talis em̄ peccat quia agit

Stra iusticiā quia officium iudicis
 impedit et aduersarium suū ledit.
 vt em̄ dicit in glo. in. c. Ad nr̄am
 Extra de appel. Appellatio non
 est iniūta vi. s̄t iniquitatis vincu
 lū s̄ oppressor leuamē. Idem ex
 tra eodē. c. Lū speciali. §. Porro
 Quare iniuste appellans tenet
 ad satisfaciendū de dānis et ex
 pēssis: secus si credit se habere iu
 stā causā. Itē s̄m Tho. cōdēna
 to ad mortē si iuste hoc sit nō licet
 se defendere per violētiam nou tñ
 tenet facere vñ sequatur ei mors
 puta manere in loco carceris si
 inuenit apertis vel non comedere
 condēnato ad mortē per famē si
 cibus ei occulte offerat. Sed cō
 dēnato iniuste ad mortē licet res
 stitit condēnanti iudici sicut et la
 tronibus et se defendere vñi for
 te ppter scudalū vitandū cū ex
 hoc aliqua grauis turbatio time
 ret. hec Tho. ¶ Tertio sciendū
 de teste qui concurrat in iudicio
 q̄ hic tripliciter potest peccare.
 ¶ Primo dicēdo falsitatē scient
 r talis peccat mortalit̄ s̄m Tho.
 ij. q. lxx. Tñ quia facit stra p̄xi
 mū. vñ Exodi. x. c. dicit. Non lo
 queris stra proximū falsus testi
 moniū: tum q̄ periurat. Mā non
 credit testi nisi iuret. Extra de iu
 re iurādo. c. Muper. Et iurare de
 bet s̄m Raymundū et Hostiēses
 q̄ dicet totā veritatē quā nouit
 de re illa. iij. q. ix. c. Hortamur. et
 q̄ nō admisceat aliqd̄ falsum nec
 aliquid de suo adiciet. iij. q. ix. c.
 Pura Quare testificādo falsum
 tenet ad restitutionē dāni que ex
 inde proxim⁹ incurrit ppter ei⁹

testimoniū. ¶ Secūdo peccat tenē
 cū id qd̄ est sibi dubiū asserit sibi
 certū: q̄a exponit se periculo pati
 et dānificationis proximi cū pos
 sit esse cōtrariū eius qd̄ ip̄e dicit
 et etiam periurat cū iuret se scire
 illud quod nescit. Mā nō admit
 teret ei⁹ testimoniū nisi diceret
 se scire. Minimo solent testes in
 terrogari quomodo et vñ sciant
 Et si interrogati non dicant de
 causa sciētie nō valet testimoniū
 iij. q. iij. §. Sola. Et in auē. de te
 stibus. Et licet debet ergo testis
 certū pro certo asserere et dubiū
 pro dubio referre. ¶ Tertio pec
 cat testis cū pecuniā accipit pro
 testimoniū veritatis. Mō em̄ licet
 testi v̄dere verū testimoniū. iij.
 q. v. c. Non sane. Multo magis
 peccat testis cū accepit pecunias
 ad falsitatē dicendā: vel occultan
 das veritatē. Potest tñ testis ac
 cipere expensas. tñ ab eo qui eū
 pducit: puta si ex testimoniū ferē
 do dietā facit vel etiā operā suā
 et lucrū dimittit. iij. q. v. c. Vetus
 ris. Accipiēdo aut̄ pecuniā p te
 stimoniū restituat ei a quo accep
 pit nisi ille dedisset ad corrupē
 dum testē. Mā tunc debet ei dari
 in cuius iniurias accepit vel pau
 peribus erogari.

¶ Qd̄ iudex debet esse idoneus
 et grauis in ferēdis sentētis ac
 v̄ritatis defensor. L. a. scdm.

Secundū misterium declarā
 dū de iudicib⁹ d̄: qualitatē

Scdm̄ em̄ alexandrū vbi. s̄.
 tres precipue conditiones requi
 runtur in iudicibus.

¶ Prima dicit idoneitas

¶ Secunda grauitas.

¶ Tertia veritas.

¶ Prima conditio dicitur idoneitas. ut scilicet iudex sit ad iudicandum idoneus. Nam quedam persone non sunt idonee ad habendam auctoritatem iudicariam. Aut ratione sexus ut mulier. Aut ratione conditionis fortune ut seruus. Aut propter impedimentum permanens ut surdus et mutus. Aut propter impedimentum permanens extrinsecum ut perpetuo furiosus. Aut propter impedimentum transiens ut minor etate. Aut propter crimen erroris ut hereticus. Aut propter scandalum conuersationis ut infames. Aut propter contagium communionis ut excommunicati.

¶ Sed aliqui obijciunt. Primo quod minor etate possit esse iudex. Nam Iheremias adhuc puer constitutus est iudex. unde dicit Iheremie. i. c. Postquam dixit. Puer ego sum. ut in. c. Missi cum prides. Extra de renu. quod deus dixit ei. Constitui te super gentes et regna ut euellas et destruas. Insuper in aliquibus pueris malicia supplet etatem. Eadem ratione in aliquibus scientia peruenit etatem. Si ergo non est causa quare minor etate non debeat esse iudex nisi defectus scientie in iudicando. ergo homines minores etate possunt esse iudices.

¶ Secundo arguitur quod mulieres possunt esse iudices. Nam iudicum. v. c. legitur quod delbora iudicauit populum etiam post legem datam a deo. ergo mulieres possunt iudicare. Insuper multe mulieres leguntur pre-

dite spiritu prophético. ut Maria soror aaron et moysi. Exodi. xv. c. et sibilie. Si ergo mulieres per spiritum prophetie assumptae sunt ad annunciamdum iudicia diuina multo magis possunt assumi ad enunciamdum iudicia humana. ¶ Rñdet Alexander ad primum quod illud Iheremie fuit ex privilegio speciali. Ideo non est trahendum in consequentiam. Et quod in pueris quibus malicia vel scientia supplet etatem illud est particulare non generale neque ut in pluribus. Et propterea pueri non possunt esse iudices. unde dixit dominus moysi. Nume. xi. c. Congrega senes populi quos tu nosti quod senes sunt ut sustentet tecum onus et non tu solus graueris. Hinc christus iudex omnium ad actus prelatiōis non processit nisi in etate perfecta triginta annorum ut habet Luce. iij. c. ¶ Ad illud quod inducit de delbora dicendum cum Arist. i. ethico. quod vna hirundo non facit ver. Ad aliud vero de spiritu prophetandi dicendum quod gratia prophetandi non dat auctoritatem mulieri super virum nec mutat legem subiectionis quam iure diuino tenet mulier esse sub viro. Sed auctoritas iudicij daret dominus mulieri super virum quod repugnat diuine institutioni. Et ut dicitur in glo. Iudicum. iij. c. quod mulieres assumptae sunt ad prophetandum prestat in hoc solatio mulieri ne per infirmitatem desperet. ¶ Secunda conditio que requiritur in iudicibus dicitur grauitas. Debet quidem iudex grauis: et maturus esse ut non ita repente ma-

pime in reb⁹ arduis pferat senti
 entias. Qd nos docuit ipse d^s
 qⁱ facta sodomitar⁹ noscebat r tñ
 dixit: descendā r videbo rē. Be
 nefis. xvij. c. Et. ij. q. i. c. de om
 nipotens. r de hoc Brego. xi. q.
 ij. c. summope. ait summope ca
 ueudū est vt rectores ecclie r qⁱ
 publica iudicia exercēt in dictan
 dis sententijs nulla leuitate vel
 furore ducti sint p̄cipites. Et ita
 moyses querelas ppli taberna
 culū ingressus ad dñz referebat
 vt fm imperiū ei⁹ iudicaret: que
 vba etiā ponunt. c. i. de senten.
 r re iudicata. li. vi. Sed p̄tra ista
 videt esse textus extra de senten.
 r re iudi. c. iurgantijs. vbi dicit^r
 Iurgantium p̄trouersas celeri
 sententiā terminare r eq̄tati cō
 uenit rigori. Confirmat hoc. ij.
 q. i. c. sicut. extra d̄ dolo r p̄uma
 cia. c. venerabilis. Sed glo. i. di
 cto. ca. iurgantiū. hoc soluit. q^o lz
 nō sit ferenda sentētia anteq̄ iu
 dex possit esse instructus cum ni
 mia festinatioe qz ipsum oportz
 cūctā rimari. xxx. q. vltima. c. vlt.
 Tñ. post cause liquidā cognitio
 nē non est sententiā p̄trahenda
 in civilibus. In criminalib⁹ ho
 secus potissimū vbi agit de mor
 te alicuius rei. xi. q. ij. c. cū apud
 ¶ Tertia cōditio que req̄rit in
 iudicijs dicit^r veritas. Semper
 em iudex veritati fauere debet.
 ¶ Sed circa hoc querit^r vtrus iu
 dex possit r debeat iudicare con
 tra veritatē sibi notā: sequendo
 p̄posita r allegata. Et q̄dam di

cunt q^o sicut Alerāder in tertio
 r Tho. ij. q. lxxij. articulo. ij. Ro
 boratur aut ista opinio. Primo
 qz iudex debet iudicare fm illas
 notitiā quā habet vt iudex: non
 fm eā quā habz vt p̄sona priua
 ta: nec fm eā quā habet in alio
 foro. Extra de offi. iudi. ordi. c.
 si sacerdos. Sed iudex habet vt
 iudex notitiā sibi factā p̄ p̄posi
 ta r p̄bata: nō illā quā habet vt
 p̄sona priuata: quare liz ei imo
 tenet iudicare fm p̄posita r p̄
 bata. vñ Ambro. in. q. vij. c. iudi
 cet. Bonus iudex sicut audit ita
 iudicat. ¶ Secōdo firmat illa opi
 nio qz iudex nō debet mutare iu
 diciū p̄pter illam notitiā p̄pter
 quā nō d^s vitare in cōmuniōne
 sacramētali excoīcatum. Sed p̄
 p̄ter notitiā quā habet vt priua
 ta p̄sona non debet vitare excoī
 municatus. vi. q. ij. c. si tantū. ca.
 placuit. Et. ij. q. i. c. multi igit^r rē.
 ¶ Tertio hoc licitū est iudici qd
 est lege cautū. Sed in lege deter
 minatū est p̄demnari ad mortes
 virū innocentē si diuicius fuerit
 testimonio duoz vel triū testiu
 vt p̄z Deutro. xvij. c. Quare iu
 dex qui est lex aiata poterit talit^r
 diuiciū ad mortem condemnare
 ¶ Quarto sicut bonū cōmune p̄
 fertur particulari tanq̄ meli⁹ r
 diuini⁹: vt p̄z. i. ethicoz. Sic p̄
 batio cōmunis que fit in forma
 iudicij p̄ferēda erit p̄batioi par
 ticulari quā habet iudex vt p̄so
 na priuata. ¶ Alij vero p̄trariā
 opinionē tenent. Mas vt scribit^r

de regu. iuris in. vi. **A**lius scā
 dalū nasci pmitit q̄ veritas re
 linquat. **M**agis q̄ inherendus
 est veritati q̄ legali iusticie. **I**deo
Exodi. xviii. c. dixit moysi ietro
 cognatus suus. **P**rouide de oī
 plebe viros potentes et uimen
 tes deū in quib⁹ sit veritas. **E**t
Exodi. xxviii. c. dixit deus moysi
Pones autē in rōnali iudiciū do
 ctrinā et veritatē. vide **N**icolaus
 de lira. **E**t tertij hesdre. iij. c. di
 cit **Z**orobabel. **O**mnis terra ve
 ritatē inuocat celū etiaz ipsa be
 nedicit. **E**t **B**iraldus odonis
 sup. v. ethicoꝝ dicit q̄ est notitia
 multiplex. s. pbabilis opiniōis:
 p̄sumptionis vel suspiciōis. **E**t
 est notitia certitudinalis: puta cū
 vidit factū et audiuit dictū d̄ quo
 querit. **S**im hoc dicēda sunt duo.
Primū q̄ iudex pōt et debz iu
 dicare p̄tra illud qd̄ ipse suspi
 catur p̄sumit et ordinat **S**im p̄posi
 ta et allegata. **S**cōm est q̄ iu
 dici non licet in aliq̄ casu iudica
 re p̄tra veritatē certitudinaliter
 sibi notā q̄tūcūq̄ oppositū sit
 probatum. **P**rimū pbatur quia
 nemo in actionib⁹ et iudicijs vti
 debet suo sensu. vt extra de p̄sti.
 c. i. **I**n suspiciōibus autē et p̄sum
 ptionibus quilibet vti suo sensu.
Scōm pbatur. s. q̄ iudex nō
 debeat iudicare p̄tra veritatem
 certitudinaliter sibi notā. primo
 auctoritate omnipotentī dei: qui
 exp̄sse hanc qd̄em determinare
 videt **E**xo. xxiiij. c. dicens. **N**ō se
 quaris turbā ad faciendū malū

nec plurimoz acq̄sces sentētie
 in iudicio vt a veritate deuesz
Constat em̄ q̄ iudex acq̄sces
 plurimoz sentētie si ad multoꝝ
 rā falsoꝝ testiū sniam contra ve
 ritatē sibi notā iudicaret. **E**t cū
 hoc a veritate quam nouit p̄tra
 diuinū imperiū deuiaret: quare
 simpliciter est illicitū. **S**cōp
 batur: qz illa que p̄festim nomia
 ta p̄uoluta sunt cum malicia et q̄
 s̄m se sunt mala: nullo mō p̄tin
 git bene fieri vel recte dirigi. **S**
 in illis necesse est semp peccare
 et nunq̄ recte agere **S**im philoso
 phū. ij. ethicoꝝ. ca. vi. et **A**ugusti
 num libro de mendacio. **S**ed in
 nocentē et iustū sciēter p̄demna
 re est **S**im se malū et cū malicia cō
 uolutus: quare nullo modo pōt
 benefieri qualiscūq̄ pbatio in
 tercedat. **N**ō autē istud sit **S**im se
 malū pbatur: tum qz est op⁹ im
 piūm dicente d̄no **E**xodi. xxiiij. c.
Innocentē et iustū non occides
 quia aduersoz impiū. **Q**uasi di
 cat q̄ qui facit istud est impi⁹: et
 ideo aduersoz ip̄sus q̄ talia facit
 tū quia est opus veritati et equi
 tati naturali p̄trarium. **T**ertio
 si licet iudici p̄demnare innocē
 tem conuictum p̄ falsos testes:
 vel hoc licet amore dei vel amo
 re sui. v̄ amore pximi. **N**ō amo
 re dei. qz vt ait **B**eda. xi. q. iij. c.
 abiit. **Q**ui veritatis et caritatis
 iussa spernunt: deū vtiq̄ qui ve
 ritas et caritas est produnt: mal
 xime cū nō infirmitate vel igno
 rantia peccant. **H**oc autē modo

est in casu proposito. Item non amore sui: qz vt dicitur. xi. q. iij. c. nemo. Meli⁹ est p veritate pati suppliciu qz p adulatione habere beneficiu. Item nec amore proxi qz vn⁹ damnificat ipaliter & alit⁹ spualiter. s. testis falsus. Quare iudici ex nullo bono amore sci⁹ ter licet p demnare iustu & innocente. ¶ Quarto pfirmatur hec prepositio: qz nullu ante iustam veramqz pbatione iudicare aut damnare debemus. lxxxvi. di. c. si quis. xi. q. iij. c. eoz. Sed iudex ptra veritate sibi nota nullam pbatione veram habere potuit vt pstat sibi: qz nullu veru est ptra veru: cu omnia vera vero consonent. g. ptra veritate sibi nota iudex iudicare aut danare non dz ¶ Dicit g. Giraldus odonis q dandū est p silium supposito q iudex iudicare non debeat ptra veritate sibi notam. in primis q cam taliter institutas nec comittat nec deleget alteri. Cuius ratio est: quia omne opus malum sicut est illicitu homini facere p se: ita esset facere p aliez. quia vt scribit de regu. iur. in. vi. Qui p aliu facit p seipsum facere videt. Debet g. iudex si habet supiore remittere causam supiori cu relatione proprie scientie & probationis opposite. Et si no admittatur remissio sed ipse cogat ferre suam: sententiet p veritate. si vero no habet supiorem: simplr p veritate pnunciet: & grauter puniat falsos testes. Ma si p ve

ritate sententiet: facit ptra ordi⁹ ne iusticie. Si ptra veritate facit cōtra rem iusticie qd est mai⁹ inconueniens. Sicut maius est peccatu ex genere qz peccatu ex circūstantia. ¶ Ad pfirmatione dicit⁹ toris facit lex que dicit. ff. de penis. l. absentes. Satius est impunitu relinquere facin⁹ nocentē qz innocentē p demnare. Princeps etiā qui non habz supiore debz simpliciter iudicare p veritate certitudinaliter sibi nota: qm ille q est quasi de⁹ in terris. dz qm potest sicut deus iudicare in terris Deus aut semper iudicat in veritate & pro veritate. ¶ Ad argumenta & rationes prime opinionis dicendū ad primū: q iudex debet iudicare sū allegata & pbata si vez pcludant. ¶ Ad illud qd obijcit de excommunicato dicit Giraldus odonis q aliud est excommunicatum non vitare: & aliud innocentē p demnare: qz illud est cōtra ius positiuū: istud aut cōtra ius naturale. Et ideo p ius positiuū sancitū est in illo casu excommunicatū non vitari: s. p nullū ius sancitū est in aliquo casu innocentē damnare. Et similit⁹ rnderi potest ad alia obiecta. Et cu dicebatur q damnatio innocentis ppter allegata & pbata p falsos testes est bonum comune negandū est expse. Immo est malu comune pnsistens in impiissima falsitate. quod no est preferendum bono consistēti in verissima pietate.

Quod periculosa sunt iudicibus munera qui tenent restituere quod iniuste recipiunt: et quis grauius peccet an corumpens iudicem an iudex corruptus. *Laplin. iij.*

Tertium misterium declarandum de iudicibus dicitur culpabilitas. Solent quippe iudices auaricie culpa persepe suffocari: quam corrupti auro iniustas et iniustas sententias proferunt. Ad quod plenius intelligendum tria adhuc dubia disputemus.

Primum utrum iudex possit accipere munera.

Secundum utrum teneant iudices restituere que iniuste recipiunt.

Tertium utrum iudex ferens iniustam sententiam corruptus pecunia grauius peccat quam persona corruptus. *¶* Ad primum dubium rursus scriptura et damnat munerum susceptionem. vnde *Deuterono. xvi. c.* dicitur. *Admunera excecant oculos sapientium et mutant verba iustorum. ¶* *et eccle. xv. c.* *Exrenia et dona excecant oculos iudicum. Et. i. Regum viij. c.* *Acceperunt munera. s. filij samuel. et puerterunt iudicium. ¶* *et Isido. i. li. soliloquorum ait.* *Premia et dona legibus vires tulerunt vbi quod pecunia vincit vbi quod venale est iudicium. et claudianus.* *Aderet capite polluto iudice leges. et ouidius. iij. de ar. amara.* *Admunera crede michi capiunt hominesque deosque. Placat donis iupiter ipse dat. idem li. de fastis.* *Sepe iouem vidi curia sua mittere velle Fulmina thure dato sustinuisse manus. ex quibus*

appetunt munera sunt periculosa. *Ro. qz vt dicit glo. in. c. et si quod es extra de sumo. Qui donat alium sibi naturaliter obligat. ff. de peti. herel. §. desuluit. et ille cui donat reuerentiam exhibere compellit donatori. viij. q. ij. c. illud.* *Dicit et Hosti. et Raymū. quod nullus iudex debet accipere pecuniam pro iudicando. Tamen alij sunt iudices ordinarii et alij delegati. Primi cum habeant sufficientes redditus sibi assignatos: nichil debent recipere. Quibus dicitur *Luc. iij. c.* *Estote discreti stipendijs vestris. Iudices vero delegati possunt petere expensas moderatas et nichil ultra a partibus. Dicit tamen aliqui quod exrenia moderata sponte oblata possunt iudices recipere vt patet *di. xvij. c. de eulogijs. vbi dicit glo. Eulogie dicunt munera que deferunt subditi suis prelati et superioribus. ¶* *Secundum dubium fuit utrum iudices teneant restituere que iniuste recipiunt. Ad quod respondet alexander quod sic. Sed distinguendum est: quod aut accepit vt iudicaret iniuste. aut vt iudicaret iuste. Si primo modo non tenet reddere ei que dedit: cum iurpiter dederit: sed ei iniuriam recepit. Sicut etiam tenet restituere et plene satisfacere ei que lesus est pro iniusta sententia. Si vero accepit vt iudicaret iuste distinguendum: quod aut datus dedit bona intentio est. s. vt sibi seruaret ius. Aut vt animum iudicis sibi inclinaret: et ita indirecte ipsum corumpere intendebat. primo modo tenet restituere ei qui des***

dicitur secundo modo non sed pauperibus
 iuxta arbitrium ecclesie. **T**ercius
 dubium fuit utrum iudex ferens in-
 iustam sententiam corruptus pe-
 cunia grauius peccet quam persona cor-
 rumpens. Respondet Giraldus
 odonis super quinto ethicorum
Quod circa hoc premissenda sunt
 duo. primum quod humanum iudicium
 peruertitur quatuor modis: ut di-
 cit Gregorius. xi. questione. iij. c.
Quatuor scilicet timore: cupiditate
 odio et amore. In primis duobus
 modis dicitur iudex corrumpi a
 parte vel que comminatur aliquid
 terribile vel dat seu promittit aliquid
 quod concupiscibile. In alijs du-
 obus modis iudex non dicitur
 corrumpi ab alio sed a seipso. Et
 ideo questio ista recipitur in primis
 duobus modis. **S**ecundo pre-
 mittendum est quod iudex cupiditate
 corruptus grauius peccat quam cor-
 ruptus metu. Et hoc probatur. **P**ri-
 mo quia duorum peccatorum eiusdem
 generis illud quod est magis volun-
 tarium est deterius. Sed peccatum
 cupiditatis est magis voluntarium
 quam peccatum et opus timoris:
 quod deterius. **S**ecundo probatur quod peccatum
 ex industria grauius est quam peccatum ex in-
 firmitate: ut ait Isidorus. li. ij. de su-
 bo. scilicet peccatum ex metu fit ex infirmi-
 tate: peccatum vero cupiditatis fit ex indu-
 stria: quare grauius et deterius. **N**unc
 dicendum primo quod iudex timore corru-
 ptus minus peccat quam persona ex timoris
 incussione corruptus. **S**ecundo quod iudex
 cupiditate corruptus plus peccat
 quam persona dono vel promissione cor-

rumpens. **P**rimo probatur quod duo-
 rum ad idem opus malum concurrerit
 tunc idem plus peccat cuius volun-
 tas preualet et cuius voluntatem al-
 ter sequitur. Sed in isto casu voluntas
 partis timore inferentis preualet.
Et iudex timore voluntatem par-
 tis sequitur non suam: quoniam operatio
 iudicis mixta est ex voluntario et in-
 voluntario. **Q**uare iudex minus
 peccat quam pars corruptus. **S**ecundo
 probatur: quod qui peccando tenet modum
 per quem peccatum mortale interdum
 fit veniale minus peccat quam
 ille qui tenet modum per quem semper
 grauat peccatum. Sed iudex timore
 corruptus tenet modum scilicet timoris
 cadentis in instantem virum per quem
 peccatum mortale interdum fit veniale.
Modus autem partis timore incu-
 rritus semper peccatum agrauat: quia
 talis modus est quidam modus
 violentie. Et ideo quasi semper pre-
 bet alteri violentus scandalum in
 via iusticie. **Q**uare pars illa gra-
 uius peccat quam iudex. Et hec est
 sententia Augustini reddentis ra-
 tionem quare maius peccatum habuit
 qui christum pilato tradidit quam qui sibi
 traditum crucifixit. ut dicitur Johan-
 xix. c. **S**ecundum scripturas quod plus peccat
 iudex cupiditate corruptus quam
 pars corruptus probatur. **Q**uia
 duorum ad idem peccatum con-
 currentium ille qui sua volunta-
 te res humanas mores et leges
 potest subuertere plus peccat quam
 ille qui non potest quantumcumque
 velit. Sed iudex sua mala volun-

rate pot̄ hec oia euertere cū ipse
 humanarū rerū mox ⁊ legum ⁊
 vniuersalit̄ om̄is iuris ⁊ iusti sit
 custos. Quare iudex p̄tra tot iu-
 ra tot iura tot iusta sibi credita
 veniens p̄ pecunia plus peccat
 q̄ pars ipsū corrupens: q̄a sibi
 sunt omnia ad custodiendū tra-
 dita nō parū. Aduertant q̄ iudices
 ⁊ conent̄ agere recte audien-
 tes sc̄pturarum monita saluber-
 rima. ¶ Scribit̄ nāq̄ Zeuit̄. xix.
 c. Non facies qd̄ iniquū est: nec
 iniuste iudicabis Et deuterono-
 m̄. xxv̄. c. Maledictus q̄ puer-
 tit iudicium aduene pupilli. ⁊ vi-
 due: ⁊ dicet omnis ppl̄s Amen.
 ⁊ Ysaie. iij. c. Ne qui iustificatis
 impiū p̄ muneribus. Sz tempa
 mala sunt in q̄bus iudices vt in
 pluribus pessimi. Clamant nā
 q̄ ⁊ dolent orphani p̄pter iniqui-
 tatem iudicū puerorū. Adrent
 vidue deslent pupilli ⁊ cōquerū-
 tur innocētes opp̄ssi. O iudices
 auari. O iudices crudeles. Vidē-
 te mala que faciū ⁊ timete terri-
 bile iudicū dei. Grauius eq̄des
 ipse vos puniet q̄ cābises iudicem
 illū neq̄ de quo Valer̄ re-
 fert li. vi. Rub. de seueritate. Cā-
 bises mali cuiusdā iudicis e cor-
 pore pellem detractā selle inten-
 di. In eaq̄ filij̄ ei iudicaturum
 cōsidere iussit. Leterum ⁊ rex et
 barbar̄ atroci ac noua pena iu-
 dicis ne q̄s postea corūpi iudex
 posset puidit. At benedic̄ deus
 malos iudices damnabit et̄nis
 cruciatibus gehēne. A q̄b̄ nos

liberet iesus x̄ps fili⁹ deus filius: q̄
 viuit ⁊ regnat p̄ infinita secula se-
 culorū Amen

¶ Feria sexta post dñicam de
 passione. De auaricia aduoca-
 torum. Sermo. xli.

¶ Venientro

mani ⁊ tollent locum
 nostrū ⁊ gentem. Scri-
 bunt̄ hec v̄ba Joh̄anis. xi. c. ⁊ in
 euangel. hodierno. Tanto ardo-
 re auaricie estuauit mēs p̄tisi-
 cū ⁊ phariseorū vt preter hoc q̄
 chasto inuidebāt odiebātq̄ illū
 q̄ arguebat mala opa illoꝝ ad
 huc timētes p̄dere lucra q̄ ipsis
 obueniebāt in tēplo dei consilio
 p̄gregato diffinierunt eū morti
 tradere. Omne q̄ppe malū faci-
 le videtur auaris vt sue possint
 auaricie satisfacere vnde fiat illa
 sentētia Virgilij. Quid nō mor-
 talia pectora cogis auri sacra fa-
 mes. Et lz i p̄cedenti h̄mōe mul-
 ta dicta sint de auaricia iudicū
 tū opus est vt exp̄remus auari-
 ciam aduocatorū. Multi eq̄dem
 ex ipsis in sua malicia cōfidēt̄
 vt sue cupiditati imo insatiabili
 voracitati occurrant multa in iu-
 dicis p̄ deum ⁊ iusticiam turpia
 ⁊ indebita exercere nō formidāt
 Idcirco in p̄nti sermōe p̄ aduo-
 catos auaros locuturi erim⁹: de
 quib⁹ tria mysteria p̄ponem⁹ de-
 claranda.

¶ Prīmū d̄: exceptionis.

¶ Sc̄d̄m cōditionis.

¶ Tertium offensionis.

Quod prohibent aduocare inā
feste mali ac infames ⁊ religiosi
⁊ sacerdotes ⁊ iudices vel assess
sores.

Cap. primum.

Quia inā misterium declarā
dū de aduocatis dicitur
exceptiois. ¶ Scdm em

Alexand. in. viij. sūme excipiunt
aliq ab aduocatiois officio ma
xime propter quattuor.

¶ Primo ppter defectū bonitatis.

¶ Secdo ppter pfectionē status.

¶ tertio propter gradum

¶ quarto propter distinctionē.

¶ Primo excipiunt aliq ab offi
cio aduocadi ppter defectū bo
nitati. Et sic in Raym. aduocati
esse nō pnt heretici: pagani ⁊ ex
cōmunicati. iij. q. i. c. i. Et de pe.
di. i. c. nemo. vbi habetur qd pec
cat iudex ⁊ puniri dicitur qui admit
tit tales scienter. Si r. iij. q. vij. c.
infamis. dicit infamis psona nec
pcurator esse pōt nec cognitor.

¶ Secdo excipiunt aliq ppter pfe
ctionē status. ⁊ sic nō pnt aduo
care monachi. vñ scriptū est. vi.
q. prima. ca. placuit. Placuit no
stro cōmuni assilio vt nullus mo
nachorum pro lucro terreno ne
fandissimo ausu de monasterio
exire presumat: neq se negotijs
quibuscunq implicare. Sit clau
stro suo contentus: quia sicut pi
scis sine aqua caret vita: ita mo
nachus sine monasterio. Sede
at itaq solitarius ⁊ taceat: quia
mundo mortuus est deo autem
puit. Cognoscat nomen suum.

Monos em grece: latine vnus
Achos grece: latine tristis dicit.
vnde dicit monachus id est vn
tristis. Sedeat ergo tristis ⁊ of
ficio suo vacet. ¶ Dicunt tamen
doctores qd mōachi possunt esse
aduocati in causa sui (monaste
ri). Et hoc abbate imperante: vt
patet. xvi. q. prima. capitulo. mo
nachi. ¶ Et extra de postulando
capitulo primo. ¶ Tertio exci
piuntur aliqui ab aduocando p
pter gradum. Et sic sacerdotes
⁊ clerici in sacris ordinibus cō
stituti. Et etiam in minorib⁹ be
neficiati: aduocati esse non poss
sunt. Et hoc coram iudice secula
ri: vt dicit concilium lateranen
se. Nisi propriam causas vel sue
ecclesie fuerint prosecuti aut pro
miserabilibus personis. Extra
de postulando capitulo. clerici.
⁊ c. cum sacerdotes. Et. lxxxvij.
di. ca. decreuit. ⁊. xvij. q. v. c. De
nig. ¶ Quarto excipiuntur ali
qui ab aduocatione propter di
stinctionem officij. Et sic in ea
dem causa non possunt aduoca
re iudices ⁊ assessores. iij. q. iij.
c. i. ⁊. ij. Sunt ⁊ alie persone. que
aduocare nō possunt. vt surdus
mutus: cecus: furiosus: ipubes:
vsq ad decimū octauum annus
vir passus muliebria scilicet cō
tra naturam ⁊ alij. De quibus
vij. q. iij. c. iij. ¶ Nota hic tamē
q iudex tenet dare qnq aduo
catum vt illis qui habere non
pnt vel propt paupertatē vel ppter
potentiā adu se parti. ff. d. offi. p

consulis. l. Me quicūq;. Si autem
iudex hoc alicui aduocato preci
piat ille sine causa deneget pot
per iudicē ppetuo remoueri ab
officio aduocationis. L. eodē. l.
Prōuidendū. Debet ḡ aduoca
tus obedire si cōpetens salariū
constituat ei. ¶ De salarijs aut
aduocatoꝝ sciendū qd h̄ aduoca
to vendere suū p̄ociniū ⁊ iuris
consulto iustū consiliū. xiiij. q. v.
c. Non sane. Qd videt̄ intelligē
dū quādo credit iustam eē cām
quam defendit: vel saltem dubi
tat nō eē iniustam. Et si. vt lucre
tur clientulo dicit iustā eē nil d̄
habere. Pro iusto p̄ocinio: er
go h̄ recipe salariū. Et quīs q
dam dicant qd cum hoc facit ad
uocatus seu iuriscōsultus absq;
labore ⁊ reuolutione librorum:
puta quia h̄ in promptu materi
am vel de propiūo vidit: qd nō
pōt tunc accipe. Tamē Guills et
Hostien. tenent p̄rarium. scz qd
pōt accipe: qz si nō laborauit tūc
laborauit in p̄teritū. Als deteri
oris p̄ditiois eēt maḡ p̄t̄ qd mi
n̄ p̄t̄. ¶ Sciendū adhuc h̄z tho.
ij. q. lxxi. qd in causa pauperum
tenet aduocatus gratis prestare
p̄ociniū eo modo quo tenen
tur omnes ad opa pietat̄. Null̄
em̄ sufficit omnib̄ indigentibus
opa misericōdie impendere. Nō er
go teneur quis p̄ mundū quere
re indigentes v̄l etiā futuris ho
minū indigentijs p̄uidere. h̄z suf
ficiat qd subueniat h̄is qui sibi oc
currūt in p̄nti tpe ⁊ in casu quo

nō apparet in promptu quomō
do possit ei aliter subueniri. Et
tunc tenet de eo qd potest.

¶ Qd in aduocati d̄z eē sciētia
diligentia: maturitas: ⁊ fidelitas
Capitulum scdm.

Secundū mysterium del
clarandum de aduocati
dicitur conditio. Debet

enim aduocati quatuor conditi
ones habere.

¶ Prima d̄: scientia.

¶ Secūda diligentia.

¶ Tercia maturitas.

¶ Quarta fidelitas.

¶ Prima conditio aduocatoꝝ
d̄: scientia. Debet scire defende
re cām quam suscipit defenden
dam. Nam s̄m Buillm. si amittit
iustam cām quā fouet propter
suam ignorantia cum. s. iactabat
se scientē ⁊ non erat ad sufficien
tiam: vltra peccatum tenet ad sa
tisfactionem les̄s. ¶ Secūda
conditio dicit̄ diligentia: debet
aduocatus eē diligens ⁊ solici
tus. Nā s̄m Ray. si propt̄ negli
gentiam amittit iustā cām tenet
ad restitutionē ⁊ satisfactionem.
s̄m em̄ Buill. debet aduocatus di
ligenter examinare cām quā su
scipit. Et cū dubitat d̄z sc̄pturas
⁊ alios peritos consulere: qz qd
a pluribus querit̄ facili⁹ inuenit̄
di. ij. c. De libellis. Et qz sepe re
uelat̄ minori qd maior ignorat.
di. xv. c. Esto. Et vitas exagita
ta sepi⁹ maḡ splēdescit. xxxv. q. ix
c. Brauē. Tercia p̄ditio d̄: matur
ritas. D̄z aduocatus esse matur⁹

in vultu. gestu: et voce. In vultu
 ut habeat vultū affabile et iocū-
 dum absq; risu tñ indiscreto. In
 gestu vt assistat iudici cū reueren-
 tia et nō moueat indebite caput
 pedes vel manus ita vt sua pñū-
 ciatio sit sicut Liceronis doctri-
 nā vocis vultus gestus modera-
 tio cū venustate. Quidā em̄ repe-
 riunt q̄ dux loqui volūt gestibus
 quibusdā vtunt̄ ridēdis. Aut ab-
 stergūt faciē. Aut crines post au-
 res reformāt. Alij oculos trāsce-
 lū leuāt: nunc caput remittūt et
 similia. Quidā insup stumelijs
 certant cū aduersario. nō legib?
 nec audire volūt eū. s; semp loq̄
 et hīndi. ¶ Quarta cōditio ad-
 uocatorū dicit̄ fidelitas. Debet
 aduocatus esse fidelis vt nō in-
 ducat falsos testes v̄l alleget fal-
 sas leges aut quascūq; probatio-
 nes. Neq; decipiat cliētulū sicut
 facere pleriq; solent dñ occulte
 adiunāt aduersariū: qui dicunt̄
 p̄uaticatores et p̄ditores et sunt
 in ames. ij. q. iij. s. Morandū. Et
 tales tenent̄ vltra p̄cām iniusti-
 cie et p̄ditionis ad omne damnū
 et interesse lesō. Dicit aut̄ Tho.
 ij. ij. q. lxxi. art. iij. Quod aduoca-
 to defendēti iustā causam licitū
 est prudenter occultare ea quib?
 posset impediri processus eius.
 Nō autē licet ei vti aliqua falsi-
 tate. Sed aduertāt simplices ne
 ab hīs domesticis lupis deuo-
 rentur: de quibus Esopus ait.
 Dñ regnant qualibet v̄be lupi
 Qui propria cōmoda sectantes

in iudicio fingunt multa pro de-
 fensione cliētulorū cur in secrete
 mutuā habeant intelligentiā p̄-
 curantes causarū dilationem vt
 sic magis lucrari possint. Et de
 lucro inter se multotiens confa-
 bulantes gl̄iantur. Sicut de demosthene
 et aristodemo narrat̄. Et em̄ recitat
 aulusgellius in li. noctiū anticarū.
 Quā legati milti venissent athenas
 auxiliū petitiuri locutus est contra
 eos demosthenes. et pro illa vice in-
 pedita causa accesserunt legati
 ad demosthenē rogantes ne cō-
 tra vota eorū diceret: pecuniāq;
 dederūt. Tertio die post cū res
 itez ageret venit demosthenes
 cum multa lana posita collus et
 tanq; morbo impedit? dixit se si-
 nachem pati: ideoq; stra milti
 os loqui non posse. Sed ip̄e de-
 mosthenes postea veritatē ape-
 ruit rarus ad gloriā eius acce-
 dere. Interrogauit aristodemū
 auctore fabularū q̄tus mercedis
 vt taceret accepiss;. Qui talentū
 accepisse respondit: at ego Demosthenes
 ait plus accepi. Lau-
 do igif vt cū fieri pōt euitent̄ li-
 tigia et partes viris bonis inter-
 uementib? secum p̄cordent: quo-
 niā nō est veritas in filijs homi-
 num et aduocati cōmuniter que-
 sua sunt querunt.
 ¶ Quid aduocati peccāt dum su-
 scipiūt causas iniustas vel illas
 p̄sequūt v̄l propter supfluas di-
 latioēs ccausarū et cōpositioēs.
 Capitulū tertium.

Tercium mysterium d' aduocati declinand' d' offensionis ppter auaricia nāq' cō-

suenerūt aduocati offendere pri-
mos quadrupliciter.

Primo iniustas causas susci-
piendo.

Secundo iniustas causas pro-
sequendo.

Tercio causas dilatando.

Quarto cās cōponendo.

Primo offēdūt aduocati aua-
ri causas iniustas suscipiēdo s'z
em̄ tho. ij. q. lxxi. articulo. iij. Si
aduocat' assumit seu defēdit cās
iniustam peccat graviter ⁊ tenet
ad restitutionē dāni qd' iustici-
am altera pars per ei' auxiliū in-
currit. Similit' si succūbat susci-
piendo cām iniustā decipiēdo
clientulū tenetur ei satisfacere.

Propterea dicit guill' in spe-
culo q' aduocat' qm̄ ad ipm̄ prio-
venit clientulus dz em̄ sic alloqui

Charissime tres sūt psonē qb'
oimoda vitas est aperiēda ⁊ nil
eis celandū. **C**ōfessor q' ad pctā
cōmissa. **M**edic' quo ad infirmi-
tates. ⁊ aduocat' q' ad ea que pri-
nent ad cām qua petit cōsiliū ⁊
auxiliū defēsonis. **D**icas q' mi-
chi oimoda vitatē negocij. **E**xē-
plū da michi scptū vt d' grū dā-
re tibi possim p' siliū atq' rñsum.

Expedit em̄ aduocato h're scptu-
ram sup narratiōe facti quā cli-
entulus pponit p' p'culū p'urij:
cum hodie habeat iurare vt sine
rubore ⁊ verecūdia possit eū ali-
ter inuenit eā deserere. **I**nq'rat

etiā quas p' bationes h'eat cliēta-
lus. ⁊ si videat h're sufficiētes di-
cat. **S**ecure te defendas. **S**i autē
videat eū deficere in p' batiōib'
dicat ei. **A**mice noli inanib' sum-
ptib' te vexare. **N**ō dz q' aduoca-
tus cām iniustā fouere v' suis al-
legatiōib' colorare. **S**ecundo of-
fendūt aduocati iniustas cās p'
sequendo. **S**i enī aduocat' susce-
pit cām quā credebatur esse iustam
⁊ in processu apparet iniusta de-
bet cām deserere v' illū cui cām
agit ad cedendū inducere. **H**ec
tho. **Q**uādiu autē cā remanet du-
bia bñ pōt aduocatus p'ocina-
ri s'm guill'm. **T**ercio peccant
aduocati cās dilatando. **L**uz. s.
possent illas celerit' expedire: et
tñ vt mag' lucrent' p'rahūt in lō-
gū appellatiōes indebitas inter-
ponēdo. iij. q. viij. c. **T**ria. **S**ed in
hoc debēt iudices adūtere: qm̄
vt dic' glo. in. c. sup eo. extra d' ap-
pel. ⁊ text' ibidē in. c. vt debitus.
Appellatio cā p' babili nō exp'ef-
sa nō admittit. ⁊ in. c. **C**ōsuluit.
glo. ait. **A**ppellatio q' fit p' leges
vel canones nō ē aliquaten' ad-
mittēda. **Q**uarto peccant ad-
uocati cās iustas cōponēdo dū
s' cognita vitate facti dolose var-
ti veritatē occultando cās cōpo-
nūt: vtputa si due p'tes litigarēt
sup hereditate vel possessiōe: et
h'mōi et iā vitas lucida ess' p'vna
p'te p' q' ferri d'ret snia. **T**unc ad-
uocatus ei' a p'te adūsa corrupt'
clientulū suū inducit asserēs suā
rem vel desp'atā vel difficilē idō

oponēdā. In quo et illib' tenēt
ur aduocati satisfacere et restitu
ere parti lese. Sūt et alia mltā in
q̄b' aduocati peccare psueuerūt
q̄ ipsi sciūt ppter q̄ si se nō corre
xerint p̄uabunt eterna vita. Ad
quā nos pducatur saluator n̄r qui
est benedict' in eternū. Amen.

¶ Sabbato ante dñicaz oliua
rū. De auaricia clīcoz et epōz.

Sermo q̄dragesim' scōs.

Olumus te

survidere. Scribūt hec
vba originalit' Johān
nis. xij. c. et in euāgel. hodierno.
Nil debēt clīci dedicati deo que
rere ampli' nisi videre iesum: sic
dicebāt illi gēntes philippo: de
q̄bus sit mētio in euāgelica lecti
one. Propterea auaricia i ipsiis lō
ge gūi'ōs in laicis ē rephēsbil'.
Vicleo pp̄. di. xlvij. c. viij. ait Eliz
catholicū et p̄cipue dñi sacerdotē
tē sic nullo errore sic nulla cupi
ditate implicari os. qz nō vt expiē
tia docet furor auaricie maximā
ptē cleri ducit ad inferna. iō ho
dierna die p̄ auariciā clīcoz ver
ba faciem'. Distinguem' aut tria
in q̄b' illoz auaricia psistit.

¶ Primū est bonoz ecclīasticos
rum detentio.

¶ Scōm simonie cōmissio.

¶ Tertiu' negotiozū phibitorū
exercitatio.

¶ Qd̄ clīci et ep̄i p̄cipue de hīs
q̄ sup̄fluiūt de redditib' ecclīaruz
debēt paupib' subuenire.

Capitulum primum.

¶ Rīmā in q̄ psistit auari
tia clīcoz est bonoz ec
clesiasticoz detentio. De
tinēt q̄ppe auari clīci bona ecclī
astica tanq̄ sua et p̄p̄a et dñā abū
dāt nolūt paupib' subuenire.
¶ Bona em̄ ecclīaz vt diximus
sermone. viij. hui' op̄is sunt bo
na pauperū: vt d̄ in glo. in. c. ni
chil. extra de p̄sc̄pti. et. xvi. q. i. ca.
Si cupis. Et. xiiij. questi. vij. ca.
Qd̄ aut. et. xiiij. q. viij. c. Cōueni
or. et. xij. q. ij. c. Aurū. et. l3 oēs de
rici sic auari rephēsbiles sint
tñ ep̄i i hoc delinquētes sūt ma
xime p̄dēnandi. Inq̄t em̄ Ihero
nim'. xij. q. ij. in. c. Gloria. Gloria
ep̄i est pauperus opib' p̄uidere.
Ignominia sacerdoti p̄p̄is stud
dere diuinis. ¶ Ad clariore tñ i
telligētiā notāda sūt hoc loco d̄
episcopis tria. ¶ Primū notan
dū est q̄ res ecclīe date sūt i po
testatē ep̄i nō vt illaz sit dñs: sed
dispēsator fidel. vñ. xij. q. i. c. Ex
pedit. d̄. ep̄i et ecclīaz p̄positi bo
noz et rerū ipsarū dispēsatores
efficiunt. Et in. c. Precipim'. vt i
prāte sua res ecclīe ep̄is hēat.
Si em̄ aie hoim p̄ciosiores illi
sūt credite mltomag' os eū curas
de pecunijs h̄re. ¶ Nec tal' cura
derogat p̄fectōi et euāgelice pau
prat' sic ignari qdā temere affir
mare p̄sumūt. vñ in p̄fato. c. Ex
pedit. d̄. de sc̄to paulino. Sc̄tus
paulin' igētia p̄dia q̄ fuerūt sua
vēdita paupib' erogauit. S3 cū
fact' esset ep̄us nō p̄tēpsit ecclēse
facultates: s3 fidelissime dispēsā
uit. et iterū ibi seq̄t tex. Sc̄tus hi

lari^ooia sua. aut parētib⁹ reliq̄t :
 aut v̄edita paupib⁹ erogauit Is
 tñ cū merito sue p̄fectiōis fieret
 ecclie arelatēsis ep̄s q̄ illa tunc
 hēbat ecclia nō solū possedit : s̄
 etiā accepti⁹ fideliū n̄erosiss he
 reditatib⁹ apliauit. ¶ Ex hoc dā
 nat in epis negligentia qua dissi
 pari r dilapidari sinūt bona tē
 poralia eccliaz: vñ vt habet dis.
 xxxix. §. vi. Quidā pet⁹ nomine
 elecus in ep̄m neapolitanum
 repellitur a gregorio papa pro
 pter simplicitatē ne e⁹ occasione
 res ecclie dilapidarent: vbi dic̄
 glo. q̄ sumit⁹ hic simplicitas pro
 negligentia v̄ stulticia. Nec em̄
 negligentia qñ est notabilis im
 pedit p̄mouendū: vt hic. *Ex dis.*
 lxxiij. c. ep̄oz. Sed non deñat p̄
 motū s̄ dat ei coadiutor: vt. vij.
 q. i. c. Quia frater. ¶ Sed verum
 ep̄s p̄ncipali⁹ debeat intende
 re cure pastorali q̄ multiplicati
 oni t̄paliū. Rñ det hosti. in sūma
 Et tho. in q̄libet. r. xij. q. clxxxv.
 arti. v. Qd̄ sollicitudo prelati p̄
 pria r p̄cipua d̄z eē circa gregis
 custodia. Orādo p̄dicādo sacra
 ministrādo. Ad multiplicatio aut tē
 poraliū pōt exerceri oportunita
 te se offerēte sine sp̄ialiū notabi
 li dāno. Et sic piū ē mltiplicare
 ea ad ecclie vtilitatē q̄ si oportu
 nitas nō se offerat nullaten⁹ licet
 ei distractiōib⁹ se ingerere r secu
 larib⁹ occupare cui impedimēto
 notabili ¶ Secūdū notandū q̄
 ep̄s cōuenient⁹ prouidet sibi de
 bonis ecclie s̄m grad⁹ sui decen

tiā vñ scribit. xij. q. i. c. *Ex hñs. ex*
 hñs q̄b⁹ ep̄s idiget si m̄ indiget
 suas necitates r p̄grinoz frat̄z.
 vsus r ipse percipiat vt nichil ei
 possit oīno deesse lex em̄ dei p̄ci
 pit: vt q̄ altario deseruiūt pascāt
 ex ipso. Idem in. c. Ep̄s. Sint
 nichilomin⁹ ep̄scopi cauti vt cas
 ueant a supfluis obseruando il
 lud qd̄ habet. xli. di. *Ex consilio*
 carthaginens. Ep̄s vilem sup
 pellectilem r mensā ac victū pau
 perū habeat r dignitatis sue au
 ctoritātē fidei r vite meritū q̄rat.
 ¶ Tertū notandū vt ponitur:
 xij. q. ij. c. Ep̄s. r caplis sequen
 tibus. q̄ ep̄i r alij rectores eccle
 siarum debēt h̄re r tenere res ec
 clesie distinctas a reb⁹ p̄p̄is ne
 sub p̄textu rerū p̄parū auferant
 bona ecclie. r de bonis q̄dem ec
 clesie mobilibus v̄ immobilib⁹
 sicut etiam alij cl̄ici nō p̄nt testa
 ri. S̄ de reb⁹ p̄rimonialib⁹ v̄ s̄
 bi donati: aut legati: aut acq̄stis:
 p̄ industriā p̄nt testari r p̄ s̄gū
 neis licite legare r donare. r ab
 intestato in h̄mōi succedūt con
 sanguinei. Ep̄i autē ex religioni
 b⁹ assūpti nō p̄nt de aliq̄ testari
 nisi de licētia pape s̄m tho. ij. ij.
 q. clxxv. arti. viij. r s̄lr religiosi as
 sūpti ad ecclias curatas. S̄ q̄c
 qd̄ acq̄rūt tales ep̄i v̄ als curati
 ecclie sue acq̄rūt etiā p̄ successiōz
 adueniētia. bona q̄ ecclie p̄ ep̄os
 fidelit̄ sunt p̄seruāda r debite dī
 spēsanda. Antiq̄r⁹ autem fiebāt
 quatuor partes de redditibus
 ecclie. ¶ Una erat ep̄scopi.

¶ Alia clericorum deseruentium ecclesie. ¶ Tertia seruabat p fabrica seu reparatione ecclesie. ¶ Et quarta dabat pauperibus. vt habet c. q. ij. c. De redditibus. c. quatuor et alijs. capi. ¶ Tñ dicunt doctores q aut ista bona distincta sunt aut non. Si distincta sunt bona que debent in usum episcopi cedere ab hijs que debent expendi in usum clericorum et pauperum ac fabricae: et episcopus retinet sibi aliqd ex hijs q sunt deputata ministris ecclesie pauperibus vel fabricae agit contra fidem dispensationis et mortaliter peccat et tenet ad restitutionem. Si vero non sunt predicta bona distincta eorum distributio fidei sue committit. Et si quidem in modico deficiat vel supabundet pot hoc fieri absq; bone fidei detrimento q; non pot in talibus punctaliter accipere quid fieri oporteat. Si vero sit multus excessus non pot latere. vñ videtur bone fidei repugnare. Et ideo non est absq; mortali. et addit Tho. ij. q. c. lxxv. arti. vij. q; si quis clericus vel presbiter necessitate non imminente puidendi pauperibus de hijs q supflunt de prouentibus ecclesie possessiones emat vel in thesauro reponat in futurum p pauperibus p futura laudabiliter facit. Si aut necessitas imineat pauperibus erogandi supflua cura est et inordinata vt aliquis tñc in futurum cõseruet quod dñs phibet dices. Nolite solliciti esse in crastinum. ¶ Scdm vero Archiepiscopus florentinum in summa sua ij. pte. xi. Motet epi q legata

q hnt exequi siue p incertum facta siue p alijs causis qñ p testatore non est expressus. locus vel modus erogationis non ppterca pot vel debet episcopus sibi ibursare: s; pauperibus erogare tenet. Et idem de alijs incertis q pueniunt ad manus eius rone vsure vel ludi et hmoi
¶ Qd clerici auari committunt simoniam circa spualia p essentiam et spualia per cam et spualia per effectum. La. scdm.

¶ Secundum in quo consistit auaricia clericorum est simonie commissio. Est enim hoc peccatum grauissimum: de q dicitur extra de simonia in. c. sicut. Simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincit. et in. c. Tanta. Tanta est label huius criminis q etiam serui apud dñs ex quilibet criminosis admittunt ad accusationem etiam et meretricem que in alijs non admittit. vel ad accusationem vel ad testimonium ppter utilitatem eius. Viles namq; persone accusare non possunt: vt patet extra de accusationibus. c. i. Sed bene possunt in casu simonie. Et q; simonia consistit in emptione et venditione spualium vel spualibus annexorum vt diximus in sermone de simonia in quadragesimali de penitencia. Sciendum q
¶ Aliqua sunt spualia p essentiam
¶ Aliqua per causam.
¶ Aliqua per effectum scdm Durandum in quarto suo. Spualia per essentiam sunt gratia et virtutes infuse que nec emi nec vendi possunt nec de iure nec de facto quum scz ad efficaciam transfer

rerendi et acquirēdi ea: quia nō
 est hoīs ea transferre vel dare. s̄
 dei. vidēt̄ t̄m q̄ de facto possunt
 vendi et emi q̄tum ad simonias
 cōtrahendā. vt dicit petrus de
 palude in. iij. Quia simon ma-
 gus voluit simoniace emere gra-
 tiā illā apostolor̄ q̄ erat caracter
 ep̄alis et gratia miraculor̄ s̄z q̄
 sp̄s sanctus visibiliter descende-
 bat. Similiter sciētia et virtutes
 acquisite que dicunt̄ sp̄alia, per
 essentiā per respectū ad sp̄m hu-
 manū nec emi nec vendi possūt.
 ¶ Spiritualia per causam sunt
 sacramēta que sunt causa gratie
 et ista quidē spiritualia de facto
 vendi possūt et emi: nunq̄ autē
 de iure et licite sine vicio simonie
 ¶ In matrimonio autē quod est
 vnū de sacramētis licite datur et
 accipitur pecunia nomine dotis
 absq̄ vicio simonie: nō ex eo qui-
 dē q̄ ex tali sacramēto conferat̄
 gratia vt notat glo. i. q. i. c. Quic-
 quid hoc em̄ falsus est. Sed p̄ter
 ea q̄ matrimonium nō solū est sa-
 cramentū sed etiā nature officium
 Et h̄m hoc datur pecunia p̄ ma-
 trimonio ad subleuandū onera
 eius et nō inq̄tus est ecclie sacra-
 mentū: vt dicit Tho. ij. ij. vñ et p̄
 benedictione nuptiar̄ phibitum
 est aliquid exigere: s̄z sp̄ote obla-
 tū recipi possit: vt extra de simo.
 c. Lū in ecclia. ¶ Dicit t̄m Bul-
 elmus q̄ si sacerdos aliquis pu-
 ta ad quē spectat benedictio nus-
 ptiarū. non vult dare licētias al-
 teri sacerdoti q̄ b̄ndicat nuptias

nisi pro pecunia. Si quidē non
 intēdat vendere licētias benedi-
 ctionis. sed p̄uidere sibi de por-
 tione obalationū euz contingēte
 nō ē simonia. Si t̄m ex certa sciē-
 tia maiorē exigat summā q̄ d̄z
 presumi pōt q̄ ip̄am licentiā vē-
 dere voluit. ¶ Pro baptismo autē
 q̄ nō sit dāda vel exigenda pecu-
 nia expresse habes. i. q. i. c. Bap-
 tizādus. vñ si sacerdos non vel-
 let baptizare nisi p̄ pecunia non
 est ei dāda. Nā si baptizādus ē
 adultus sufficit ei ad salutē bap-
 tismus flaminis si t̄m moriat̄.
 Si ē paruulus i tali casu ipse of-
 ferēs vel quicūq̄ alius pōt ip̄m
 baptizare et debet si esset puer in
 periculo mortis. S̄z si nō sciret
 vñ nō posset alius baptizare nisi
 talis sacerdos d̄z potius dimis-
 tere puerum sine baptismo mori
 q̄ pecuniā simoniace dare sacer-
 doti p̄ regulā illā. Nō sūt facien-
 da mala vt inde veniāt bona. ad
 ro. iij. c. Hec ē opinio Tho. Pe-
 tri de tarāstia. et Petri de palu-
 de in. iij. Et Ricardi et glo. i. q.
 .i. dicto. c. De baptizādus. Addit
 t̄m Ricardus. Aliq̄ dicūt q̄ in ca-
 su nichilomin⁹ posset dari pecu-
 nia. Ita t̄m q̄ dans nō intēderet
 eā dare p̄ sacramēto s̄z p̄ vitāda
 dānatione pueri et ad remouen-
 dam insaniē sacerdotis. Secus
 autē de alijs sacramētis q̄ sine pe-
 riculo dānationis ex causa defer-
 ri possunt. Posset etiā a sacerdo-
 te emi aqua q̄ esset puer baptizā-
 dus si aqua ip̄a eēt purū elemē

rum. Secus autem si esset iam confessio
 crata ut est aqua fontis baptismatis.
 Tunc enim simonia esset. i. q. i. c.
 Dictum. Et eodem modo nec per con-
 firmationem nec per crismate nec per
 extrema unctio licet exigere. Sed
 sponte oblata licite recipiunt. i. q.
 ii. c. Sicut episcopus. Et si in hijs vel
 alijs quibuscumque spiritualibus aliquam
 consuetudine exigant quasi precium
 rei spiritualis cum intentione vendendi
 vel emendi manifesta est simonia
 precipue si ab invito exigant. Sed
 si accipiatur quasi quedam stipen-
 dia per consuetudinem approbatam non
 est simonia: si tamen non sit eius intenti-
 o emendi vel vendendi. Sed intenti-
 o referatur ad solam consuetudinis
 observantiam et precipue quando quis
 voluntarie soluit. In hijs tamen soluti-
 tate est cauendum ab eo quod habet
 speciem simonie vel cupiditatis: ut
 dicit in. c. Cum ab omni specie.
 extra de vita honestate clericorum
 Item per eucharistie collationem non
 licet exigere vel ex pacto seu qua-
 si precium aliquid dare. i. q. i. c. Dictum
 Pro celebratione autem missae tan-
 quam precium nunquam licitum est accipere
 vel dare. Sed secundum Raymundum si
 sacerdos teneat celebrare: puta
 quod habes ecclesiam vel beneficium
 et officiare tenet tunc exigere est
 simonia. i. q. ii. c. Eludentes. Si
 vero non tenet et deficit ei sumptus
 potest accipere. i. q. i. c. Iudices. Nam
 et operas suas locare potest siue
 ad diem siue ad annum. Quod si sumptus
 habet et ad hoc non tenet aut debet
 facere gratis aut cessare: aliter vi-
 detur facere ex auaricia. Item nec

pro audienda confessione debet aliquid
 liquidum exigi. i. q. i. ca. Quicquid.
 Item notandum tamen semper quod modica
 res bona intentione data et accep-
 ta non inducit simoniam sicut
 per extra de simonia. c. Et si questio-
 nes. Item Sed contra quod in. c. Ex tue
 fraternitatis licetis. extra de simonia
 scribit. Quod archidiaconus
 qui noluit presentare ordinandum sacer-
 dotio nisi solutum ei sex solidis simo-
 niacus iudicatur. Item Item arguit a simo-
 niis: quod per modicam rem datur actio fur-
 ti. xviii. q. vlti. c. fi. Et per vna gal-
 lina committit furtum. Insuper de re-
 diuisione. §. Ballinay. Item Item de
 glo. in dicto. c. Ex tue. quod in talibus
 affectio et intentio committenda
 considerat quam quantitas muneris
 diuersitate iuris non inducit. xviii
 q. vlti. c. vltio. Insuper nec pro sa-
 cramentalibus licitum est aliquid
 recipere ut per benedictionem abbatum
 vel abbatissarum et virginum et hu-
 iusmodi. Et licet ex pacto nichil sit
 accipiendum tamen si gratis aliquid
 offerat si accipiat non est simonia
 De consecratione vero ecclesie
 scribit in. c. Cum sit romana. extra
 de simonia. Quod episcopus nichil debet
 exigere pro consecratione ecclesie
 propter percuracionem. et ista percuratio
 prestari debet secundum facultates ecclesie
 sicut et alie. extra de censibus. c. Cum
 nuper. Immo si ecclesia percurare
 non posset episcopus ipse suis sumptibus
 consecrabit eam. x. q. ii. c. Cauendum
 i. q. ii. c. Placuit. In auctentico de
 mandatis principum. §. Sic tibi
 Quaedam spiritualia dicuntur secundum esse-
 tum ex eo videtur secundum Ricardum. in. iij.

q̄ procedūt ex spūali gratia ⁊ ad
eā disponūt vt predicare p̄pheta
re ingressus religionis et h̄mōi.
vel q̄ sunt de actibus vel nego
cijs spūalibus vt docere: iudica
re: testificari et h̄mōi. Pro actu p̄
phetandi et p̄ predicatione non
licet accipere pecuniā quasi p̄cū.
Illi v̄o qui predicāt principalit̄
hac intētiōne vt recipiant pecu
niā vel laudē simoniā mentalem
cōmittūt. i. q. iij. c. Mō solū. Sed
si sup hoc paciscunt simonia est.
q̄ etiā per eccliam puniri potest.
In oibus h̄is pacta vitāda sūt
quibus dei gratia v̄di videt̄ et
emi. victū v̄o querere pro labore
vnicuiq̄ licet. et qd̄ gratis offert̄
et absq̄ pacto naturā emptiōis
et v̄ditiōis non sapit.

¶ Quod clerici auari exercent
negocia prohibita que exercere
non debent. *L. ap. tertiu.*

Teriu in quo cōsistit auari
cia clericorū dicit̄ negocio
rū prohibitorū exercitatio.

Exercēt quippe pleriq̄ negocia
phibita. **¶** Et primo phibita est
clericis negociatio. extra de vita
et honest. cler. c. Clerici. extra ne
clerici vel monachi. c. Alia sūt
negocia. *Et. lxxviiij. di. c. Fornis
cart. ⁊. c. Sciens. quia vt inquit
ap̄ls sc̄de ad thimo. ij. ca. Memo
militans deo ip̄licat se negocijs
secularibus. ¶* Hinc *Ihero. ad
nepotianū ait. Negociator ē cleri
cū ex inope diuitem ex ignobili
gloriosus quasi quasdam pestes
euita. ¶* Et vt doctores dicunt: si
negocietur clericus p̄pter lucrū nō

excusant̄ a mortali. Si aut̄ p̄pter
necessitatē victus excusant̄. extra
ne clerici vel monachi. c. Sc̄dm.
ex textu et glo. vbi dicit̄. Clerici
⁊ monachi nō debent negociari
causa lucri secus causa necessitat̄

¶ Sc̄do phibita est clericis ad
ministratio bonorū laicorū. extra
ne clerici vel monachi. c. Sacer
dotibus. Si v̄o cōtrariū fecerit
⁊ in administratiōe fraudatores
inuēti fuerint nō subuenit̄ ipsis
ab ecclesia. *Ibi dicit glo. Sacris
dei sacerdotes vacare oportet af
fidue. xxxi. di. c. Sacerdotibus. ff.
de arbitris. l. Mō distinguem. s.
iij. Ex ista decretali sumūt quidā
argumentū qd̄ laic⁹ possit clericū
ocasiōe male administrationis
capere cessāte p̄uilegio clericali
qd̄ ē falsum ex eo qd̄ phibiti sunt
laici remouere clericos a diuinis
officijs. xxi. q. iij. c. Cipria. lxxviiij
di. c. vlti. vñ si cōtra fecerint non
debēt ex delicto p̄prio cōmoduz
reponere. ¶* Dicendum ē qd̄ tali
clerico non subuenitur ab ecclia
postq̄ legitime monit⁹ ē vel me
lius et verius ē tali clerico ab ec
clia non subueniri nec pecunia
nec alio auxilio cū alias ecclia te
neat clericos defendere ab opp̄s
sionib⁹ laicorū. **¶** Tertio phibi
tū ē clericis officiū paradi ⁊ ad
uocādi in q̄stioibus secularib⁹ si
sūt in sacris vel etiā i minorib⁹ si
sūt b̄nificiati. excepto si h̄ facerēt
p̄ se v̄l p̄ miserabilib⁹ p̄sonis. ext
de postu. c. i. v̄l nisi suā aut suorū
iuriā p̄sequāt. **¶** Quarto phibi
tū ē clericis officiū histrionatus

ut patet li. vi. d. vita et hone. de.
c. vno. Ubi dicitur quod clerici per an-
num ioculatores vel per breuius te-
pus tertio admoniti: perdunt pri-
uilegium clericale. ¶ Quinto in-
terdicitur clericis officium macellari-
orum et tabernariorum: ut patet in
clemen. i. de vita et hone. cleri. et
hoc dicitur tam de clericis coniugatis
quam alijs. Et ut dicitur ibi glo. Ta-
berna dicitur domus in qua panis
et vinum et carnes cocte venduntur:
quas nec tenere nec ingredi de-
bent clerici. ut habetur. xliij. di. c.
clerici. ¶ Sexto inhibetur est cle-
ricis officium venationis clamose
que fit cum canibus et clamoribus et
tumultu. ut patet extra de clerico ve-
natore. c. omnibus. ¶ Et ut dicitur
gl. lxxxvi. di. c. quod venatoribus. etiam
propter paupertatem non est licita
venatio: quia aliunde debet querere
sibi victum et per aliud exercitium: ut
per agriculturam. xi. di. c. clericus.
Venatio autem que fit sine clamore
et canibus: ut ponere laqueum
rethie et huiusmodi bene est licita cle-
ricis: de offe. di. v. c. nunquam. ¶ In
c. vero primo extra ne clerici vel
monachi. dicitur quod episcopi et alij clerici
non debent tenere canes et ancipites
ad venandum. Idem dicitur
xxxiiij. di. c. quod fundam. lxxxvi. di. ca.
an putat. extra de cess. c. cum apostolis
Extra hoc de de. venatore. c. om-
nibus. dicitur. Omnibus suis dei in-
terdicitur venatio. Glo. id est cle-
ricis qui dicuntur serui dei: quia as-
sumpti sunt ad dei obsequium. ex-
tra de preben. c. cum suis. Et. xi. di. c.

cleros. ¶ Septimo non debent
clerici exercere officium tabellionis
sive notariatus. extra ne cle-
rici vel monachi. c. sicut. Et secundum Ray-
mundum. dum si illud habebant sunt
compellendi ad dimittendum per sub-
tractionem beneficii appellatiōe
postposita. Et dicit Innocentius. quod
constitutum in sacris si instrumenta
conficeret antequam eis interdiceretur:
valerent quidem. alias non. ¶ Hostiensis
intelligit quod non valerent in
negotijs secularibus: sed in eccle-
siasticis valerent. Et secundum Hostien-
sem episcopus potest constituere clericum tabel-
lionem per totam suam diocesim cui cu-
ra omnium vel quorundam est commissa.
x. q. i. c. regenda. Et. xij. q. i. c. epi-
scopus Et si sic fecerit poterit il-
lum vocari ad scribendum acta eccle-
siastici fori. Et sic intelligo quod cle-
rici possunt esse notarii pape. v. q. i. c.
quidam. Sed notarius constitutus a
papa potest conficere instrumenta
vbiq; locorum. Sed constitutus
ab episcopo: non nisi in diocesi illius
episcopi qui eum instituit. Item nota quod
tabellio ecclesiasticus non debet con-
ficere instrumenta in secularibus
rebus: nec secularis in reb; pu-
re ecclesiasticis. quia horum peruersatio
non debet esse permixta. ij. q. vij. c.
laicos. Unde notarii clerici in cu-
ris principum prohibentur esse scrip-
tores. extra ne cleri. vel monachi. c.
suiam. Insuper religiosus non po-
test exercere officium tabellionat^{is}
nisi contra hereticos: non autem in
alijs secundum Johannem. an. extra de he-
reti. c. ut officium. li. vi. ¶ Sciendum tamen

¶ exercitiū honestū seu artifici
um pōt clericus exercere etiam si
nō indiget. xci. di. p. totū. dū tñ p
b nō omittat diuina officia. et sū
Bullm̄ potest recipere possessio
nes excolendas ad partes: puta
quartā vel qntā et hmoi. seu cō
ducere eas et hoc ad sustentatio
nē suā et suoz. Concordat Bos
stien. Potest etiā locare aialia vt
oues et boues ad certū fructus p
tractū tñ licitū. Itē pōt emere
rem vt eā melioratā carius ven
dat: vt puta pullū vel equū vel
etiā si tabulā emat vt faciat ima
ginē: qz ista nō est negociatio: s
artificiū. xvij. q. iij. c. canonā. ex
tra ne cleri. vel mona. c. i. Depo
nāt qz clerici omnē auariciam s
Ihesum: videre cupiant in illa
beata vita: in qua regnat deus
p infinita secula sc̄oz. Amen.

¶ Dñica oliuaz. De auaricia
artificū et mercatorū.

Sermo quadragesimū secūdū.

Idensciū

tatē flevit super illam.

Scribunt hec vba

Luce. xix. c. Vidit dñs n̄ ihesus
obdurationer ppli iudaici ppter
quā delenda erat iusto dei iudi
cia ciuitas sacerdotalis et regia
iherosolymitana. Et dū exultā
tibus turbis ciuitatē illā igredi
vellet pietate solita p̄motus lac
rymis ora cōpleuit. Sed die
bus istis lugienda est ruina po
puli ipiani: quē vt exprimur va
rijs flagellis pestilentiaz guer

rarū et famis sterit manus om
nipotentis dei. Et nichilomin
aliqd̄ pei? formidādū ē ppter dur
riciā cordis et pseuerantiam in
tot iniq̄tatibus. vt aūt ceteras p
tereamus silentio. Quis nō ag
scit qnta. ē malignitas hoim̄ aua
roz. Et lz in p̄cedentib? mltā di
cta sint. nichilomin? obiurgan
di sunt illi qui ppter cupiditā
ardorē primos circūuenire: de
cipe fraudare et supplantare nō
erubescunt. Vñ sunt cōmuniter
artifices et mercatores. Pro qui
bus dicere possumus illud Ihe
remie. ix. ca. Unusq̄sqz a primo
suo se custodiat: et i omni fratre
suo nō habeat fiduciā: qz om̄is
frater supplantās supplantabit
et ois amicus fraudulēter ince
dit. Idcirco hodierna die cōtra
auariciā artificū et mercatorū di
cemus: ppter qz pfidiam indi
gnatus deus infert pplis dam
na grauiora. Notabimus vero
tria in quib? mercatores et artu
fices grauitē peccare psueuerūt
¶ primum est sollicitudo inordi
dinata.

¶ sc̄d̄s est voluntas deprauata.

¶ tertium est fraudulentia res
probata.

¶ Quod mercatores et artifi
ces auari peccant per inordina
tam sollicitudinē.

Capitulum primum.

¶ Rīmū in quo peccare so
lent mercatores et artifi
ces est sollicitudo inordi
nata. Ad quod intelligendū di

Stinguemus sicut Alexander in
tertio summe triplicem sollicitu-
dinem.

¶ Prima est laudabilis.

¶ Secunda tolerabilis.

¶ Tertia vituperabilis.

¶ Prima est sollicitudo laudabi-
lis: et hec est multiplex. Prima est
sollicitudo regendi que spectat
ad platos. Et de hac ap[osto]lus ad
Roma. xij. c. ait. Sollicitudine nō
pigri. Et scd[un]de ad Corinth. xi. c.
Instantia mea quotidiana sollicitu-
do omniū eccl[esi]ar[um]. Scd[un]da est soli-
citus obediēdi que p[ro]uenit sub-
ditis. et de hac dicit Josue
c. Estote solliciti ut custodiat[is]
cuncta q[ue] scripta sunt in volumine
legis moysi et nō declinet[is] ab eis
nec ad dexterā nec ad sinistram.
Tertia est sollicitudo pacifice vi-
uendi q[ui]ntum ad pares. Et d[icitur] hac
in q[ui]nto ap[osto]lus ad eph[esios]. iij. c. So-
liciti s[er]uare vnitatē sp[irit]us in vin-
culo pacis. Quarta ē sollicitudo
recogitandi diuina mādata. Et
de hac scribit Deutro. iij. c. Cu-
stodi temetipsum et aiā tuā so-
licite. ne obliuiscaris v[er]bor[um] que
viderunt oculitui: et ne excidāt d[omi]-
corde tuo cunctis dieb[us] vite tue.
Quinta est sollicitudo feruoris fa-
ciendi bonū. Et de hac ap[osto]lus ad
roma. xij. c. ait. Sollicitudine nō
pigri sp[irit]u feruentes d[omi]no s[er]uētēs
¶ Scd[un]da est sollicitudo tolerabil[is]
sc[ilicet] ē sollicitudo dilectiōis natura-
lis. Et de hac scribit Thobie. x.
c. Cū morā faceret thobias cau-
sa nuptiar[um] sollicitus erat p[ro] eius
thobias dicens. puta quare mo-

ratur filius me[us]. Simil[iter] est tole-
rabilis sollicitudo cure rei fami-
liaris. Et de hac. i. Regū. ix. c. di-
xit Samuel ad saulē. De asinis
quas p[er]didisti nudius tertius ne
sollicitus sis quia inuente sunt.
¶ Tolerabilis est etiā sollicitudo
infirmatē humane. de qua p[ro]me
ad Corinth. vij. c. Qui cū vxore
est sollicitus est que sunt mūdi et
quō placeat vxori. ¶ Tertia est
sollicitudo vituperabilis. s[icilicet] t[em]p[or]alius
bonor[um]. S[ed] hec si sit regulata ex-
pedi[re] humane vite. Mā et xp[istu]s lo-
culos habuit: ut p[er] Joh[ann]em. xij. c.
Et. xij. q. i. c. habebat. Et elemo-
synas p[ro] necessitatib[us] p[ro]seruabat
Et actū. xi. c. laudat sollicitudo
discipulor[um] q[ui]n agabus significa-
bat p[ro] sp[irit]u sanctū famem ma-
gnā futurā: que facta ē sub clau-
dio. Et ipsi discipuli put[er] q[ui]sq[ue] ha-
bebat p[ro]posuerunt singuli in mi-
nisteriū mittere habitātib[us] in iu-
dea fratrib[us]. Q[ui] d[icitur] et fecerūt: mittē-
tes ad seniores p[ro] manus barna-
be et sauli. Et beatus franciscus
p[ro]cipuus terrenor[um] p[ro]temp[or]e: et
paupertat[is] amator: in regula di-
xit. Pro necessitatib[us] infirmor[um] et
fratrib[us] induēdis ministri t[em]p[or]ales et cu-
stodes sollicitā curā gerant. Cū
h[oc] t[em]p[or]ali sollicitudo a rōne recta
deficit p[ro]hibita est et peccatū. Et
de hac xp[istu]s dixit Math. vi. c. no-
lite solliciti esse dicentes q[ui]d mā-
ducabimus: aut q[ui]d bibem[us]: aut
quo opiemur. ¶ Potest aut[em] inor-
dinata esse sollicitudo ip[s]alium
triplici ratione.

¶ Primo rōne timor[is] ostatis.

Tercio ratione cupiditatis.
Tercio ratione avaritatis.
Primo est inordinata sollicitudo ratione timorosa: quoniam scilicet aliquis diffidens de deo timet ne si apponat omne suum studium et plusquam oportet operetur necessaria vite sibi deficiat. Sed timorem tale christus tripliciter excludit. Primo propter maiora beneficia homini prestita divinitus propter suam sollicitudinem. secundum corpus et animam. Ideo dicit. Nonne anima plusquam esca et corpus plusquam vestimentum. Id est si deus providet dando corpus et animam: providet de cibis et vestimentis faciendo quod in nobis est. Secundo propter subventionem qua deus aliis creaturis providet absque opere humano secundum proportionem nature sue. Propterea dicit: respicite volatilia celi quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea et pater vester celestis pascit illa. Illone vos magis pluris estis illis. Tertio propter divinam providentiam propter cuius ignorantiam gentiles circa temporalia bona querenda principaliter sollicitantur falso opinantes temporalia ista bona a deo non provenire. Propterea dicit christus: primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adjicient vobis. Debet ergo quilibet ita sollicitus esse circa temporalia bona ut in illa a deo speret et credat posse obtinere.
Secundo est inordinata sollicitudo temporalium ratione cupiditatis. ut enim scribitur in compendio theologie. li. iii. c. xix. Tripliciter potest quis laborare pro bonis temporalibus. ac

quirendis conservandis vel augumentandis. Primo ratione necessitatis dicit enim in psalmo. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Secundo ratione propter malis utilitatis. Quia scilicet quis laborat non propter suam aut suorum necessitatem: puta quia temporalibus bonis abundat: sed ut proximis indigentibus subveniat: et ut habeat unde tribuas necessitatem patienti. Tertio ratione avaricie absque omni intentione providendi sue necessitati vel aliene. Et sic sepe numero evenire solet quod implet illud dictum orationis. Jupiter extremos mercatorum currit ad idos. Per mare pauperie fugiens per sara pignes. et ut scribitur eccle. iiii. c. Unus est et secundus non habens: non fratrem: non filium: et tamen laborare non cessat nec recogitat dicens. Qui laboro et fraudo animam meam bonis. Tertio est inordinata sollicitudo temporalium ratione avaritatis quoniam scilicet artifices et mercatores absque evidenti necessitate curant precepto dei et ecclesie de celebratione festorum dum frequentissime diebus festis ad mundanas proferantur ibique vedunt et emunt postpositum divinis officiis. Artifices insuper ut sunt sartores et cerdones pro totas quasi noctes festivas operantur et suos ministros operari faciunt: et de mane festorum accedunt ad domos ad induendum viros et mulieres: nec curant audire missam. Barbitonores autem plerique diebus festivis sine aliqua necessitate radunt aliquos qui politum et pulchrum ob suam vanitatem videri volunt. In quo casu uterque et

barbitosor et ille quem radit videtur peccare mortaliter: quia festus violat. Possumus etiam dicere quod in ordinata sit sollicitudo in opibus illicitis et prohibitis: ut sunt opera meretricia: usuraria: taxillatoria: et huiusmodi.

¶ Quod mercatores et artifices peccant dum in vendendo et emendo excedunt valorem rei. Cap. m. ij.

Et cum in quo artifices et mercatores solent peccare est voluntas depuata dum semper res vendere volunt plus quam valent quod iniquum est et iniustum ut enim inquit thomas secundus secundae secundae. q. lxxvij. articulo. i. Emptio et venditio vendentis introducta per communem utilitatem utriusque dum scilicet unus indiget re alteri et e converso. sicut patet per philosophum primo politice. Quod autem per communem utilitatem introductum est non debet esse magis unius quam alteri et ideo debet inter eos secundum equalitatem contractus institui. quantitas autem rerum que in usum hominum veniunt mensuratur secundum precium datum ad quod est inventum numeri summa: Et dicit aristoteles. Et ideo si pretium excedit quantitatem valoris rei vel e converso res excedat precium tollitur iniusticie equalitas. Hinc est quod x. q. ij. c. Hoc ius. dicitur quod si in venditione rei ecclesiastice plus offeratur quam res valeat ecclesia recipere non debet sed tamen iustum. Ratio est secundum archidiaconum in dicto. c. qz ecclesia non debet dolum facere in contractibus suis. extra de donationibus. c. per tuas. Sic igitur res non possunt

licite vendi plus quam valeant nec minus emi pensato earum valore in respectu ad usum nostrum et per probabile iudicium humane estimationis mensuranti valorem rei infra limites latitudinis competentis. Sed pro maiore declaratione tria sunt hic videnda.

¶ Primum unde accipiendus sit debitus valor rei.

¶ Secundum que sit latitudo competentis valoris rei.

¶ Tertium quid iuris quando fit excessus valoris rei.

¶ Ad primum tria sunt consideranda. Primum secundum Scotum in quarto distinctio. xv. quod duplex est valor rerum. Primus est valor naturalis. Secundus est valor usualis. valor naturalis rei est secundum bonitatem nature in re a deo creata. Et hoc modo mus vel puler vel formica plus valent quam panis quia illa habent vitam animam sive sensum et non panis vel etiam lapis preciosus. Secundus valor dicitur usualis secundum quod assumitur in respectu ad usum nostrum. Et hoc modo quanto aliqua sunt utilis nostris utiliora tanto plus valent: et secundum hoc plus valet panis quam mus. Quia igitur actus emendi et vendendi ad usus humane vite merito ordinantur. Ideo rerum que sunt ad usum humane vite venalium valor sumendus est secundo modo non primo. **¶** Secundum considerandum circa valorem rei quod ipse valor rerum secundo modo acceptus. id est secundum quod sunt ad usum nostrum in re venali tripliciter pensatur

cur. ¶ Primo ex eius virtuositate
 ¶ Secundo ex eius raritate. ¶ Tertio
 ex eius complacibilitate. ¶ Primo
 modo virtuositas rei attendit sicut
 quod res ex suis realibus virtutibus
 est nostris utilitatibus virtuosior et
 efficacior. Et hoc modo bonus pa-
 nis triticeus plus valet ad usum
 nostrum quam ordeaceus. Et fortis
 equus ad vecturam plus valet quam
 assinus. ¶ Secundo pensatur valor rei
 venalis ex eius raritate id est sicut
 quod res ex sue inventionis raritate
 et difficultate magis necessarie
 sunt pro quanto videlicet ex earum penur-
 ria maiorem ipsarum indigentiam et mi-
 nores facultates habendi et utendi
 habent. unde Thero. lxxxiiij. di. c. Re-
 gimus. Omne rarum carum. Et sic
 bladum plus valet tempore famis et
 carissime quam tempore abundantie. Sic
 quatuor elementa ignis aer aqua
 et terra vilioris precij apud omnes
 estimantur propter eorum copiam quam bal-
 samus vel aurum. quibus illa de se
 sunt magis necessaria et utilia vi-
 te nostre. ¶ Tertio pensatur in re
 venali eius complacibilitas id est
 sicut quod magis vel minus beneplac-
 tet voluntati nostre habere tale
 rem et uti eam. uti enim pro ut hic sumi-
 tur est rem in facultate voluntatis
 assumere vel habere. Et ideo non
 modica pars valoris venalium re-
 rum ex beneplacito voluntatis pen-
 satur siue plus siue minus complacencie
 in usu huius rei quod sicut unum equum
 gratior est uni et alteri alteri. Et
 unum ornamentum uni et aliud al-
 teri. Et hoc modo unus res alteri

vilem multum appreciat et sibi re-
 putat preciosam et caram et e converso
 so. ¶ Tertium considerandum circa
 valorem rei est quod valor rei ven-
 alium vix aut nunquam potest a nobis
 determinari nisi per dicentem et per
 habitum opinionem. Et hoc non pu-
 taliter sub indivisibili ratione aut
 mensura in plus et minus: sed sub
 aliqua latitudine competentem re-
 spectu ipsorum locorum et personarum
 circa quam latitudinem diversi
 homines estimando differre pro-
 bantur. Et hoc etiam dicit Thoma. in
 iij. q. s. valor rei non consistit in
 puncto indivisibili unde aliquantulum
 plus: aliquantulum minus emere vel
 vendere: non tollit equalitatem vel
 iusticiam. ¶ Secundum quod erat videndum
 dum que sit latitudo competens va-
 loris rei infra cuius limites precij
 possit extendi. Et ad hoc dicen-
 dum quod hoc tripliciter innotescere potest
 primo ex iure. ¶ Secundo ex consuetudine.
 ¶ Tertio ex discretione. ¶ Et
 primo ex iure: quia si precium quod venditur
 res excedat medietatem iusti precij
 seu precium quod emitur deficiat a medie-
 tate iusti precij: puta valet res de
 cente florenis pro ut contra estimatur et tamen
 venditor petit vel recipit. xvi. vel
 cum valet. x. emptor emit pro. iij. cum
 dimidio: tunc sicut iura tractus
 est nullus. Extra de emp. et ven.
 c. cum dilecti. pro iudicem irritandus
 vel facere supplere defectum com-
 missum. Verum etiam si esset minor ex-
 cessus quam medietas iusti precij si
 sit notabilis utique sicut Thoma. ij. q.
 q. lxxvij. et Scotum in quarto di. xv.

ca vsum ei⁹. **¶** Prima regula scōz
doctores in. iij. q̄ hoc sacramē-
tum debet dari oībus fidelib⁹:
baptisatis non aut non baptisa-
tis ⁊ mulieribus sicut ⁊ viris:
qz etiā mulieres pro xp̄o dimi-
cauerūt. **¶** **E**rigo. in omelia su-
p̄ Mathēū ait. In mundanis
agonibus etatis ⁊ forme gene-
risq̄ dignitas requirit⁹: ⁊ ideo
seruis ac mulierib⁹: senibus ac
pueris ad eos aditus denegat⁹.
¶ In celestib⁹ aut oī p̄sone ⁊ eta-
ti ⁊ serui indiscreta facultate sta-
diū p̄t. **¶** **E**t in omelia de militia
sp̄uali dicit. Apud deū femine⁹
etiā militat sex⁹. **¶** **A**dulte nāq̄ fe-
mine animo virili sp̄ualē militiā
gesserūt. qdā em̄ interioris ho-
minis virtute viros equerūt in
agonib⁹ martyriū: quedā etiam
fortiores viros extiterūt. **¶** **S**e-
cūda regla q̄ puuli etiā p̄nt cō-
firmari: qz si nō tunc tñ postea
habebunt forte confiteri chris-
tū ⁊ minus habent de fictione. tñ
quia hoc sacramētū iterari nō
debet ⁊ nō sic p̄sumit de cōuers⁹

De Sacramento Confirmationis:

facto inter xpianos q̄ sit chris-
ma? sicut q̄ sit baptizat?. Ideo
nō expedit q̄ puuli cōfirmēnt
ante septēniū vt possint melius
recordari postea cōfirmati: q̄b?
etiā p̄pter hoc solet dari alapa
saluat̄ tñ puuli baptizati etiam
sñ cōfirmatiōe. ¶ Tertia regla
q̄ ille q̄ crismat̄ d̄z teneri ab ali-
quo s̄m tho. iij. par. q. lxxij. Nec
tñ ista tētio est de necessitate sa-
cramēti q̄ r̄ sine ip̄a dare: sed
est ex p̄cepto ecclie si adsit facul-
tas. ¶ Q̄gruit aut̄ tētio huic sa-
cramēto q̄ cōfirmandus vt debi-
lis confirmari petit. r̄ ideo ab
alio vt a baculo sustentat̄ quasi
infirmus r̄ mulier etiā tenere pōt
¶ Quarta regla q̄ nō cōfirmat̄
tus nō d̄z tenere cōfirmādū ar-
sumētū de cōse. di. iij. c. In ba-
ptizate. Itē nec vir vxorem nec
vxor virū. Alio q̄n iure petendi
debitū carebūt si sciēter facerēt
secus si ignorāter. xxx. q. i. c. De
hij. Itē cōsanguinei v̄l affines
nō debēt se mutuo tenere quia
sufficit vinculū carnale vel na-
turale. ¶ Quinta regla q̄ in
cōfirmatione p̄trahit̄ cognatio
sp̄nalis nō solū ipediēs matri-
moniū cōtrahendū s̄ etiā diris-
mēs p̄tractū. ¶ Et hec cognatio
cōtrahit̄ iter cōfirmatū r̄ eū vel
eos q̄ tenēt ad cōfirmationem
Inter ip̄m confirmatū r̄ filios
naturales. ¶ Inter alios de q̄b?
dixim⁹ in sermōe de luxuria in-
cestuosoz. ¶ Sexta regla q̄
adulti monendi sunt p̄mittere

cōfessionē añ cōfirmationē. vt d̄
con. di. v. c. Et ieiuni. et hoc in
oī susceptione sacramenti post
baptismū obseruādū est ab eo
q̄ post baptismū peccauit mor-
taliter. ¶ Sexta regla q̄ sacra-
mentū cōfirmationis ieiunius et
a ieiunius dari debet vt p̄ d̄ cō-
di. v. c. Et ieiuni. r̄. c. sequēt̄. q̄
et de oī sacramēto intelligēdū
est. ¶ Nō sine causa post p̄ā diuini
ministrari non d̄z: puta si ep̄us
nō pōt mane cōmode crisma-
re. ¶ Septima regla q̄ in oī
loco dū tñ decēti r̄ hōesto pōt
ep̄s cōfirmare sine pctō nō solū
in ecclia s̄ extra: s̄ crisma solū
in ecclia p̄fici debeat. r̄ hoc itel-
lige in diocesi sua s̄bditos suos
nisi ex cōmissiōe vel licētia con-
firmaret alios. et nota q̄ si ep̄s
cōfirmaret nō s̄bditos absq̄ sui
superioris ep̄i licētia: v̄l p̄staret
sacramētū s̄ peccaret. r̄ nō effi-
ceret irregularis neq̄ suspens⁹
¶ Octaua regla q̄ vnctio cris-
matis faciēda est in frōte. Ex-
tra de sacro vnctione. c. vno. q̄
vt magis audacter r̄ sñ rubore
homo p̄fiteat̄ xpm dat̄ cōfirma-
tio: r̄ ideo poti⁹ in fronte fieri
debz vbi magis apparēt h̄mōi
passiōes. ¶ Cōfirmat̄ ista tho. in
tertia parte asserēs q̄ ista cōf-
gnatio sit in frōte p̄pter duo:
¶ Primo q̄dē q̄ crismat̄ isigni-
tur signo crucis sicut miles si-
gno ducis: q̄d quidē d̄z esse eui-
dēs r̄ manifestū. Inter oīa aut̄
loca corp̄is humani maxime

nōj

nōj

manifestus est frons q̄ q̄si nunq̄
obtegit. Et ideo limus chrisma-
tus chrismate in fronte ut in ma-
nifesto demonstrat se esse xp̄ia-
num sicut et ap̄li post receptum
spiritū sc̄m se manifestauerūt
q̄ prius in cenaculo latebāt. Et se-
cundo q̄ aliquis impedit a libe-
ra confessione xp̄i propter duo. s.
propter timorē et propter vere-
cundia. Vtriusq̄ aut̄ horū signū
maxime manifestat̄ in fronte pro-
pter propinquitatē ymaginatio-
nis. et propter h̄ sp̄s a corde di-
recte ad frōtes ascendūt. unde

**Per eundem erubescunt timētes
aut pallescunt ut dicitur in. iij. ethi-
corū. et ideo in fronte signat̄ chris-
mate ut neq̄ propter timorem
neq̄ propter erubescētia nomē
xp̄i profiteri p̄termittat. Et Mona-
regla q̄ dicitur frōs ligari quousq̄
chrisma desiccat. Non oportet
aut̄ q̄ pannus septē diebus ligato
capite portetur. Et q̄ septē diebus
caput a lotionē seruetur: et h̄ pro-
pter reuerētia chrismati et pro-
pter septē dona sp̄s sc̄i. Sit igit̄
christiani diligētes ut confirmatio-
nis sacramētū cū deuotiōe
ac reuerētia suscipiāt: ut sic for-
tificati iesus xp̄m dñm et salua-
torē seculi cōfiteant̄. cui sit laus
et gl̄ia p̄ infinita sc̄la sc̄lorū amē.**

**¶ Feria sexta magna de flebi-
li morte saluatoris nr̄i iesu xp̄i
Sermo q̄dragesim⁹ octau⁹.**

**Inclinato ca-
pite tradidit sp̄m. Scri-**

bunt. hec v̄ba ioh̄an. xix. c. et in
euāgelio hodierno. Et si oium
nostrū oculi fierēt fontes aque
viue ut lachryme profluētēs ex
illis sup̄ excederēt abundātiā
fluminū stagnorū lacuū et maris
oceanī nō sufficerēt ad satisfac-
ciendū pietati quā debem⁹ p̄su-
sumo redēptori nostro dño iesu
xp̄o. Nichil em̄ excogitari pōt
aut enarrari flebili⁹ et cōmiserā-
tiōe dign⁹ q̄ ei⁹ acerbā passio-
et mors crudelis ab eo pro nob̄
vermiculis tolerata. Et sed plerū-
q̄ asserūt nō cōuenire ḡuitati
v̄iroz sapiētū ut se ad lamenta
inclinent et lachrymas. Quos
nos facile cōvincim⁹ exemplo
eorū q̄ propter plāctū suoz caro-
rum de benignitate laudantur
Et sicut ioseph q̄ fleuit et de oscu-
lar⁹ ē faciē patris sui defuncti
ut dicitur Gen̄esis. l. c. Et dauid
q̄ plāxit sup̄ saul et ionatha iter-
fectos in plio: ut scribit̄. ij. regū
i. c. Et sup̄ tumultū abner iter-
fectus a ioab et abisai: ut habetur
sc̄di regū. ij. c. Et pro amō filio
quē interfecit absalon: ut ps. ij.
regū. xij. ca. et deniq̄ nunciata
morte absalō flebat dicens. Abs-
alon fili mi: fili mi absalon. Et
versa fuit victoria illi⁹ viri in lu-
ctū oī pp̄lo ut ps. ij. regū. xvij. c.
Et de alexandro insup̄ q̄ magn⁹
cognominat⁹ est refert Quint⁹
curti⁹ q̄ audita morte vxoris da-
rii fudit lachrymas. Sic et alij plu-
rimi q̄s omittere libet. Et cur
igit̄ nō debeat vnusq̄sq̄ faciēs

Lachrimis madefacere cum nar-
 rat mors illi? q̄ fuit a p̄rib? desi-
 derat? a p̄pheti p̄nūciat? a de-
 cez sibilis vaticinat? ab āgelo
 annūciat? a v̄gine m̄re p̄cept?
 ab elisabeth b̄ndict? a multitu-
 dine angeloz laudat? a pasto-
 rib? iuent? a stella mōstratus:
 a magis adorat? a symeone iu-
 sto & sene in brachijs susceptus
Ipse v̄giz dei est & v̄ginis fili?
 Ipse de spū sancto cōcept? ipse
 oī grā & veritate replet?. Ipse q̄
 pctm̄ nō fecit nec dolus inuēt?
 est in ore ei?. Ipse speciosus for-
 ma p̄re filijs hoīum: in quē de-
 siderāt āgeli p̄spicere ipse de-
 inqz q̄ dilexit & lauit nos a pec-
 catis sanguīe suo. Currite igitur
gētes v̄ndiqz & venite hodie
ad locū caluarie & dū ī cruce p̄-
dira tormēta mortuū īspiciēt au-
ctore v̄ite flebilib? vocib? aera
cōplete. Plangite & ululate sup
iesu in cruce p̄ nobis extincto.
Plāgite o virgines virgine de
virgine natū. Plāgite o nupte
& cōiugati matrimonij p̄cipuū
cultore: qui vt illud extolleret
aquā in vinū cōuertit ī nuptijs
plāgite o vidue iesus q̄ viduas
honoravit: & adolescētes filius
qui mortu? erat suscitātū resti-
tuit vidue matri. Plangite viri
doctri summū doctore lūmē mū-
di q̄ semp docuit veritatē. Plā-
gite turbe & ppli oēs xp̄m qui
turbas his miraclo panū refo-
cillavit. Plāgite o matres filius
virginis inocentē decorū affaz

bilē trigintatres ānos habētē
 etatis quem iudei pessimi hodie
 crucifixerūt: hodie vulneraue-
 rūt: hodie illuserūt: hodie deni-
 qz occiderūt. Sz cū ad hoc non
sufficiat ibecillitas n̄ra mente
ad deū est recurrēdū orandūqz
vt gratiā largiat? q̄ mediante re-
cordari tāte rei cū cordis teme-
ritudie valeam? Quare & vos
astātes genuflecti in silentio di-
cite pater noster. Ergo v̄o voce
publica referā orōnē quā facit
ecclesia. & espice quesum? d̄ne su-
per hāc familiā tuā p̄ qua d̄ns
noster iesus xp̄s nō dubitavit
manib? tradi nocētū & crucis
subire tormētū Amen. Implo-
rato iaz ex superis p̄sidio: oēs
ingenij vires excitabim? ad cō-
tēplandā mortē v̄nigeniti filiū
dei: quā tulit vt nos viuificary
ac recōciliaret eterno p̄ri. De
ipā itaqz morte iesu xp̄i locutus
ri tria mysteria proponimus
contemplanda.

C Primū dicit veritatis.

C Scdm penalitatis.

C Tertium pietatis.

C Qd mod? liberādi gen? hū-
 nus p̄ passionē xp̄i fuit p̄ueniēs
 Et q̄ xp̄s occisus fuit a iudeis
 ac vere mortuus. Ca. p̄mū.

Rūmū mysteriū contēplā-
 dum de morte xp̄i d̄: veri-
 tatē q̄ tria dubia p̄iūsi-
 ma dedaremus.

C Primū v̄tz fuit p̄ueniēs mo-
 dus liberationis humane per
 passionem & mortem xp̄i.

T Scdm utrum xps fuit ab alio occisus.

T Tertium utrum christus fuit vere mortuus.

Dub. **7.** **T** Pro pmi dubij declaratiōe audiēda ē sciētia Augustini q. li. xiiij. de trinitate ait. Sanan de nre miserie null' ali' mod' pueniētor fuit q' p passionem xpi. Ratio ē h' in tho. tertia pte q. xlvj. q. tāto aliqs mod' pueniētor est ad allequēdū finem quāto p ipm plura cōcurrunt expeditia fini. per h' aut' q' hō p xpi passionē ē liberat' multa occurrūt ad salutē hois p'ntēna pter liberationē a pctō/que sunt precipue tria.

T Primum est cognitio diuine charitatis.

T Scdm exemplū virtuositatū

T Tertium pseruatio puritatis

T Primus est cognitio diuine charitatis. p h' em hō cognoscit quātū a deo diligit. ideo iohānis. iij. c. **C**hris' dixit. sic deus dilexit mūdū vt filiū suū vni genitū daret. **E**t ecclia dicit il-

lud vbus **B**rego. **Q**u inextimabilis dilectio charitatis vt seruū redimeres filiū tradidisti. **E**t

thero. in epistola ad damasum papā inqt. **Q**ue maior pōt esse demētia q' vt dei filius. filius hois putaret. decem mēsiū fastidia sustineret. part' expectaret aduentū: p singulas adolesceretates: et post stumelias vocis alapas et flagella crucisq' pro nobis fieret maledictū vt nos

a maledicto legis absoluere

Et paul' ad romanos. viij. c. ait. **P**ro p filio suo nō pepcit de' s' p nob' oibus tradidit illū.

T Si aut' aliqs obijceret q' magna iniqtas ē innocētē pas-

sioni et morti tradere. **S**icut dicit deuteronomij. xxxij. **D**e' fide-

delis ē et absq' vlla iniqtate. **S**i filiū innocētē nō debuit tradere

passiōi et morti. **R**ūdet tho. tertia pte. q. xlvij. q. de' pater

tradidit xps passioni. **S** vno q' dē modo h' m q' sua eterna volūta-

te pordinauit passionē xpi ad hūani gnis liberationē. **S** ill' d'

q' dicit ysaiē. liij. ca. **D**omin' posuit i eo iūqtatē diuin' nrm. **S** e-

cūdo inq' tū ispirauit ei volūtatē patiēdi p nobis ifundēdo ei charitatē.

Tertio nō ptegēdo eū a passione s' exponēdo p

sequētibus. vñ vt dicit **M**athej. xxvij. clamauit in cruce **D**eus me' cur me dereliqisti. q. s. h' m

Aug. p'tati psequētū eū exponit et s'bratit p'ectionē nō tū soluit vniōne.

Quod predixerat **D**avid i ps. illo. xx. loquēs in p'sona xpi. **D**e' de' me' q're me dereliqisti et cui' expositionem scripsim' in h'mōe de passiōe in alio q' dragesimali et q' de xpo **D**avid loq'bat' ostēdit lactān' libro. iij. ex hoc q' in illo ps. dicit. **V**oderunt man' meas et pedes meos. vbi sic ipse sequit' **Q**ue vtiq' ppheta nō de se loq' cur' ē fuit em rex et nunq' illa p' pessus ē. spūs. dei p illū loque

No. bať qui fuerat illa passur? post
 annos mille ⁊ quinquaginta. tot
 em colligunt anni a dauid vsqz
 ad crucē xpi. hec ille. ¶ Dicim?
 qd iniquū est ⁊ crudele hoiez
 innocētes morti tradere cōtra
 ei? volūtate. sed de? pater. non
 sic tradidit filiū q̄ obediens in
 sua oratiōe paterne se s̄bdidit
 volūtati tertio replicās. Pater
 mi si possibile est trāsfer a me
 calicē: verūtm̄ nō sicut ego volo
 s̄ sicut tu fiat volūtās tua. ¶ Et
 No. nota de h̄ possibili scōz tho. iij.
 pte. q. xlvj. arti. ij. Qd̄ aliqd̄ pōt
 dici possibile v̄l impossibile dupli
 citer. ¶ vno mō simplr ⁊ absolu
 te. ¶ Aliomodo ex suppositiōe
 Simpliater ⁊ absolute loquēz
 do possibile fuit deo aliomodo
 hoiez liberare q̄ p passionē fi
 lii. Qd̄ nō est impossibile apud de
 um oē v̄bū. S̄ ex aliq̄ suppositi
 tione facta fit impossibile: qz enīz
 No. impossibile ē dei p̄sciētā falli
 et ei? volūtate siue dispositiōi
 ne cassari. supposita p̄sciētā ⁊
 ordinatiōe dei de passione xpi
 non erat simul possibile xpm̄
 nō pati ⁊ hoīem aliomodo q̄
 p ei? passionez liberari. ¶ Et si
 Q. rursus aliqs̄ q̄reret: an si deus
 liberasset hoīem absqz oī satisf
 factione fecisset p̄tra iusticiam.
 An. ¶ R̄ndet tho. q̄ non. Quia ille
iudex nō pōt salua iusticia cul
pā siue penā dimittere q̄ h̄z pu
nire culpā in aliū cōmissam. pu
 ta vel i aliū hoiez. vel in totā rē
 publicā siue in superiorē princi

pem. S̄ de? nō habet aliquem
 superiorē. s̄ ipse ē supremū ⁊ cō
 mune bonū toti? vniuersi. Et
 ideo si dimittat pctm̄ qd̄ h̄z rō
 nem culpe ex eo qd̄ p̄tra ipm̄ cō
 mitit nulli facit iniuriā. Sicut
 q̄cunqz hō remittit offensā in se
 cōmissā absqz satisfactione mi
 sericorditer ⁊ nō iniuste agit
 hoc nō obstāte noluit pctm̄ s̄n̄
 pena dimittere. Et cū hō suffi
 ciēter satisfacere nō posset per
 aliquā penā quā pateret: ei sat
 isfactorē dedit charitatēqz suā
 generi hūano exhibuit. ¶ Se
 cū dū qd̄ occurrit prinēs ad salu
 tē hoīs est exēplū v̄tuositatis.
 in hoc em̄ qd̄ xps̄ moriēdo rede
 mit hūanum gen? exēplū dedit
 hoibus obediēte: humilitatis:
 cōstātie: iusticie ac ceteraz v̄r
 tutū in passione xpi ostensurus
 q̄ sunt necessarie ad hūanā sal
 ute. ideo d̄ prima Petri. ij. ca.
 Christus passus ē p̄ nobis vo
 bis relinquēs exēplū vt seq̄mi
 ni vestigia ei?. ¶ Tertiu qd̄ fa
 cit ad salutē hoīs ē p̄seruatio
 puritat. Ex eo aut̄ qd̄ xps̄ pas
 sus est pro nobis idicif nobis
 necessitas seruādi nos a pctō
 immunes. Hinc paulus. i. ad
 corinth. vi. ca. ait. Empti enim
 estis p̄cio magno valde: glorie
 ficate ⁊ portate deū in corpore:
 v̄roset sic p̄z qd̄ passio xpi p̄mo
 attrahit ⁊ inflāmat cor hūanū
 ad dilectionē dei nos diligendū
 v̄n Bern. ait. Sup oia reddi
 te michi amabilē bone iesu ca?

Vir quē bibisti opus redēptiōis
 nre. ¶ Scdo passio xpi dat exē
plū vutū poussimū patiētie z
hūilitatē: vt dicitur. xciij. di. ca. Dñs
¶ tertio iducit hoies vt a pctis
abstineāt cū tate sit aia nobilit
tatis vt p ea redimēda sangui
nez xps effuderit. ¶ An Hugo
in li. de arra sponse ait. Ampli
us michi vilis eē nō debeo q
tū deo placui vt mori dignare
tur p me: ne perderet me. ¶ Et
Bern. in meditationib. Sub
Time ē aie p aiū q nō nisi sangui
ne xpi redimi potuit. quā q cō
mutationē p aia tua dabis q
pro nichilo das illā. ¶ Scdō du
bū declarādū vtz xps fuit ab
alio occisus. ¶ q sic ps qz ipe p
dixerat Luce. xvij. Postqz fla
gellauerit occidēt eū. ¶ S; ptra
arguūt pleriqz. pmo qz xps di
xit Johā. x. ca. Nemo a me tol
lit aiam meā s; ego pono eam.
Ille aut dicit aliquē occidere qui
aia ei tollit. Nō ē q xps ab
alijs occisus s; a seipo. ¶ Scdo
arguūt qz illi q ab alijs occi
sdunt paulatiz debilitata natu
ra deficiunt z maxime hoc ap
paret in crucifixis. in xpo autē
hoc nō accidit. Nā clamās vo
ce magna emisit spm: vt dicitur
thēi. xxvij. c. Non q fuit xps ab
alijs occisus s; a seipo. ¶ Ad so
lutioē horz obiectoz dicit tho.
in. parte. q. xlvij. q aliqd pōt eē
causa alicui effecti dupliciter.
¶ Ano mō directe ad illd agē
dū. z b. modo psecutores xpi

eū occiderunt: qz sufficiētē e
 causam intulerūt cū itentione
 occidēdi eū z effectu subsequēte
 qz. s. ex illa causa ē mors subse
 cuta. ¶ Aliomō dicit aliqd causa
alicui idirecte. s. qz non ipedit
eū ipedire possit. z b. modo ipe
xps fuit causa passionis z mor
tis sue. Poterat em suā passio
nē z mortē ipedire. ¶ primo qui
dē aduersarios reprimēdo vt
eū aut nō vellēt aut nō possent
interficere. ¶ scdo qz spūs eius
habebat ptates pseruādi natu
rā carnis sue ne aquo cūqz lesa
uo iflicto opprimeret qd qdes
habuit aia xpi. quia erat vnita
qbo dei i vnitate psonē: vt doc
et Aug. in. iij. de trinitate. qz
q aia xpi nō repulit a proprio
corpe nō cumētuz illatū: s; volu
it q natura corporis illi nocu
mēto succūberet dicit suā aiaz po
uisse vel volūtariē mortu fuis
se. Et sic itelligit illd qd iduce
bat pmo. nemo tollit a me aiaz
meā. s. me iuito. ¶ Ad Scdō vō
argumentū dicit tho. q vox il
la magna a xpo emissa nō fuit
naturalis s; miraculosa: z iter
alia miracula mortū xpi cōputa
tur. Quādiu em xps voluit na
tura corporalis ei cōseruata ē
in suo vigore etiā in extremis.
sic z qn voluit subito cessit illa
to nocumēto. ¶ Tertiu dubiū
declarādū vtz xps fuit vere
mortu. Et q sic pbandū est cō
tra incredulos triplici via.
¶ pma dicit ppheticē pñciatōis

Dubi
2.

Arg
1.

2.

Ad
7.

No.

No.

Ad. 2.

No. bne

dubi.

3.

1.

Secunda auctentice testificatiois.

Tertia iudaice percuratiois.

Prima via dicitur prophetice pronuntiatiois. Pronuntiata quippe fuit expressse mors christi per multa secula antea. Et in iacob patriarcha genesis. xlix. c. dixit. Symeon et leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum non veniat anima mea: et in cetero illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum et in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia peritiam et indignatio eorum quia duras. Nicolaus de lira super reg. c. Johana. asserit quod pontifices iudeorum de tribu leui et pharisei per magna parte fuerunt de tribu symeon: ideo prophetico spiritu illustratus iacob dixit verba predicta. Si iudei hoc negant referentes quod iacobita locutus est de symeone et leui propter bellum quod fecerunt contra sicutimitas propter raptum dine sororis eorum de quo fit mentio Gen. xxiiij. Quos nos convincimus primo quia bellum illud iuste propteritum erat. Et iacob filius annuntiabat futura. Ideo ut patet Genesis. xlix. c. dixit. Congregamini ut annuncietis quae futura sunt vobis in diebus novissimis congregamini et audite. Secundo bellum illud contra sicutimitas fuit bellum iustum: quare non debebat dici maledictus furor eorum. Et iacob prophetice annuntiavit mortem christi percurandam per pontifices et phariseos. Et sibilla de qua mentio non facit lactatum li. iij. ita locuta

est. Inierunt consilium deestandis ut pararet eum vita quae ut iustificaret eos venerat. Et salomon prudens passionem christi. sapientie. ij. c. ait. Dixerunt impij cogitantes apud se non recte Circumueviamus iustum quoniam inutilis est nobis et prius est operibus nostris. et improperat nobis peractam legis. et diffamat in nos peractam discipline nostre. permittit se scientiam dei habere et filium dei se noiat. Factum est nobis in traductione cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum quoniam dissimilis est alijs vita illius et imitate sunt viae eius. tanquam in gaces id est nulli. vitam homines estimati sumus ab illo. et abstinere se a vijs nostris tanquam ab imudicijs et profert novissima iustorum: id est bona a iustis expectata profert: oibus bonis vite presentij. Et gloria tur prez se habere deum. Videamus ergo si simones illi veri sunt et retentum quae vetera sunt illi et sciendum que erunt novissima illi. Si enim est verus filius dei suscipiet illum et liberabit illum de manibus priorum. Et contumelia et tormento interrogem eum ut sciamus reverentiam eius et probemus patientiam illi. Adorte turpissima prodentem eum. hec ille. Et ysaias. liij. c. tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est: et ipse peractam multorum tulit et per transgressoribus rogavit. Et Daniel. ix. ca. post hebdomadam sexaginta duas occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est. s. iudei coram pylato ipsi

ne gabūt dicētes. Mō habem⁹
 regē nisi cesarē. Et ciuitatem ⁊
 sanctuariū idest rēplū dissipā-
 bit popul⁹. s. exercit⁹ romanus
 cū duce venturo idest tito. Et fi-
 nis ei⁹. s. iherusalē vastitas qz
 scilicet fuit vastata p romanos
 Et cayphas cū esset pontifex
 anni illi⁹ ita pphetauit de xpo
 vt scribit iohā. xi. c. expedit vo-
 bis vt vn⁹ moriat hō p pplo ⁊
 nō tota gēs pereat ⁊ ipse dñs
 iesus sepe discipulis p dixit mo-
 riturū. Et scribit mathei. xvi.
 ca. Lepit iesus ostēdere disci-
 pulis suis qz oportet eū ire ihe-
 rosolimā ⁊ multa pati a senio-
 rib⁹ ⁊ scribis ⁊ pncipib⁹ sacer-
 dotū ⁊ occidi ⁊ tertia die resur-
 gere. Et mathei. xvij. ca. post
 trāsfuratiōnē dixit illis trib⁹
 quos admiserat ad taz stupen-
 dū spectaculū. Memini dixerit
 visionē donec fili⁹ hoīs a mor-
 tuis resurgat. Et Mathei. x.
 ca. Dū iret iherosolimā dixit
 secreto duodecim discipulis. Ec-
 ce ascēdū iherosolimā ⁊ fili-
 us hoīs tradet pncipib⁹ sacer-
 dotū ⁊ scribis et condēnabunt
 eū morte. **S**ecō pbandū est
 qd xps vere fuit mortu⁹ p auctē-
 ticā testificatiōnē. Et atqz qd
 pe sic de xpo mater ecclia. Ipe
 em ver⁹ est agn⁹ q abstulit pctā
 mūdi q mortē nrām moriendo
 destruxit ⁊ vitā resurgendo re-
 pauit. Et in vtroqz simbolo
 aploz. s. p rex xpm passus ⁊ mor-
 tu⁹ pfitet. Idē habet in symbo-

lo Athanasij. Et de sūma tri-
 nitate ⁊ fide catholica. c. i. Et
 Johā. in euāgelio. c. xix. ait. ad
 iesum aut cū venissent vt vide-
 rūt iā mortuū nō fregerūt eius
 crura. Et paul⁹ ad romanos
 v. c. pro impijs mortuus ē iust⁹
 p iustis. Et iterū ibi. Cum
 adhuc pctōres essem⁹ xps pro
 nobis mortu⁹ est. Et eodē. c.
 Recōsiliati sum⁹ deo p morte
 filij ei⁹. Et. viij. c. xps mortu⁹ est
 et resurrexit q ē ad dexterā dei
 Et. xij. c. xps mortu⁹ est ⁊ re-
 surrexit vt ⁊ viuoz ⁊ mortuoz
 dñetur. Et p me ad corinth. xv.
 c. xps mortuus est p pctis nrīs
 sicut scripturas. Et scde ad co-
 rinthios. v. c. p oibus mortuus
 est xps. Et p me ad thessaloni-
 censes. iij. c. credimus q iesus
 mortuus est ⁊ resurrexit. Et pe-
 trus pma canonica. iij. c. xpus
 semel p pctis nrīs mortuus est
 iust⁹ p iniustis. Et Ambro. sup
 epistolā ad romanos. tātū fuit
 pctū nostrū vt saluari nō pos-
 sem⁹ nisi vnigenit⁹ dei fili⁹ mo-
 rere⁹ p nobis debitorib⁹ mortū
 Et Aug. li. iij. de trinitate. vna
 mors nostri saluatoris duabus
 mortib⁹ nrīs ⁊ aie ⁊ corpis sa-
 luti fuit. Et d. co. di. ij. c.
 Semp xpi mors p seculi vitas
 posteris est nūcianda vt discāt
 qua charitate dilexit suos qui
 pro eis mori dignatus ē. qui a
 ad hoc pōz dilexit nos cū esse-
 mus gehēne filij vt eū diligere
 m⁹ a morte iā liberati. **T**errio. 3.

22

probandum est quod Christus fuit vere
 mortuus ex iudaica procuratio-
 ne. Iudei nempe impij sollicitis-
 sime procurarunt ut Christus morere-
 tur. **M**ā ut dicitur Johānis .xi.
Eogitauerunt ut interficerent eum
Ierusalē .xxvi. **C**ōgregati sūt
 principes sacerdotum et seniores
 populi in atrium principis sacerdo-
 tum qui dicebatur cayphas. et consili-
 um fecerunt ut Iesum dolo tenerent
 et occiderent. **E**t coram pilato cla-
 mabant. **M**os legem habemus: et
 secundum legem debet mori. **E**t tandem cum
 vidissent eum in cruce mortuum et po-
 stea sepultum. adierunt pilatum di-
 centes. **D**ñe recordati sumus: quia
 seductor ille dixit adhuc viuens
 post tres dies resurgam. **I**ube ergo
 custodiri sepulchrum usque in diem
 tertium: ne forte veniant discipuli
 eius et furem eum et dicant plebi
 surrexit a mortuis: et erit novus
 semper error peior priore. **A**it illis
 pilatus: habetis custodiam: ite cus-
 todite sicut scitis. **I**lli autem abe-
 untes munierunt sepulchrum signa-
 tes lapide cum custodibus. **Q**uare
 nullus abigere debet Christum passum et
 mortuum pro salute mundi. **E**t
 ut inquit Iherosolym. .iiij. .pre. .q. .l. **Q**uoniam
 fuit Christus mori. **P**rimo quod ad sa-
 tisfaciendum pro humano genere:
 quod erat morti adiudicatus. **S**ecundo
 ut nos a timore mortis liberaret.
Tertio ut a mortuis resurgen-
 do virtutem suam ostenderet quam mortem
 superavit. **E**t nobis spem resurgendi
 preberet. **Q**uis igitur non videt quan-
 ta sit hominum ad Christum obligatio cum

ipse qui via veritas est et vita
 pro ipsis mori dignatus sit. **N**ec
 solum mortem tulit sed ad illam ut in
 sequenti mysterio patebit tantis
 cruciatibus doloribusque puenit.

Quod mors Christi fuit penosa
 valde ex eo quod passio eius fuit diu-
 turna et generalis et ignominiosa

Capitulum. ij.

Secundum mysterium contem-
 plandum de morte Christi dicitur pena-
 litatis. **F**uit quippe mors illa
 penosa et dolorosa valde. maxi-
 me propter tria.

Primo propter passionis di-
 uturnitatem.

Secundo propter passionis genera-
 litatem

Tertio propter passionis qualitatem

Primo fuit mors Christi grauis et
 dolorosa propter passionis diutur-
 nitatem. **M**ā his omnibus diebus penas
 lē duxerit vitam. **P**egrinando: oran-
 do: ieiunando: predicando: et fuit

Cum passionem pie premeditatio. **O**bi-

quod ut inquit **L**entulus iudee preses in
 epistola ad tiberium: nunquam ridere vi-
 sus est: flere autem sic. **E**t non quod expli-

cet quanta Christus passus fuerit quan-
 toque merore anima eius perfecta quam
 colenda illam caramque genetricem re-
 liques: discessit a bethania pro-
 fectusque est iherosolimam ut cenaret ibi cum
 discipulis suis. **Q**ue et quanta in il-

Quia cena pacta sunt. **V**tique non sine
 labore ibi Christus proditorem
 caute admonuit ut se corrigeret
 ibi discipulorum pedes et prodito-
 ris inde humiliter lauit. **I**bi sacra-
 mentum sui corporis et sanguinis

memoriae suae morte instituit sibi
sermonem ad discipulos habuit:
quem Johannes scripsit. c. xiiij. xiiij
xv. et xvij. Post cenam vero non ad quiescendum sed ad orandum se contulit
et postquam orasset. assumpti petro la-
cobo et iohanne cum suspirijs et
vultu mesto animam suam triste usque
ad mortem dixit. Postea vero cum
iter orasset ad primum longo spa-
cio in tertia oratione factum in ago-
nia sudorem emisit sanguineus. Ex-
citatis ex post discipulis turbe
militum et ministris iudeorum occur-
rit: a quibus verbera et percussiones pas-
sus tandem et vincens ductus est ad
domum Anne ubi in facie alapa
percussus est. Inde venit ut latro
detentus ad domum Cayphe. ubi
examinatus iudicaturus reus mortis
et postea ministris vilissimis tra-
ditus. derisus est ab eis: et colaphis
cessus contumeliosus affectus usque ma-
ne. Nec dormiuit nec quieuit nos-
te illa tamen inquieta atque mole-
sta. Hora vero prima ductus est ad
pilatum. Accusatus a principibus sacer-
dotum. examinatus a pilato mittitur
ad Herodem quem eum ad pilatum re-
dire fecit: flagellatus ad columnam et
spinea corona coronatus est. Et tunc
de summa in eum data ad montem cal-
varie cum latronibus propere con-
pellitur: ubi crucifixus est. et felle et a-
ceto potatus. postquam omnia hora nos-
tra tradidit spiritum. ¶ Secundo mors
temporis fuit dolorosa nimis propter
passionis generalitatem. verificatum
quippe fuit in eo illud ysaie. i. c. A
plata pedis usque ad verticem non

est in eo sanitas. ¶ Caput enim eius
scitissimum gazophylacium sapientie dicitur
et ut inquit Bern. angelicis spiri-
tibus tremebundum densitate spira-
rum punctum et perforatum fuit. ¶ Disci-
pulis enim fuerunt afflicti inundan-
tia lachrymarum. ¶ Facies eius de-
cora deturpata est sputis et san-
guine ita ut videretur leprosus:
secundum illud ysaie. liij. c. Nos vidi-
mus eum quasi leprosum. Bene eius
candida ac rubicunda. alapis percus-
se sunt. ¶ Aures ille scitissime re-
plete sunt blasphemiarum clamori-
bus odiosis et contumeliosis atque
conviciis. ¶ Nares eius fatigate
sunt fetoribus sputorum et cadaverum
calvarie locis. Capilli eius capitis
et barbe violeta tracti et evulsi
sunt. ¶ Os eius quod tam sanam tam sapi-
dissimam tam utilissimam et verissi-
mam doctrinam protulerat percussus
est. Collum eius suavissimum col-
laphis attritum est et fune tractum.
¶ Manus eius quae suo tactu vivifi-
co sanabat infirmos clavibus duris-
simum cruci affixi sunt. ¶ Pedes
eius quorum terra scabellum est quique
discurrentes per civitates villas et
castra tamen laboraverunt pro hominum
salute in cruce extensi sunt. ¶ Torum
corpore illud dulcissimum flagellis
multis et diris essum dilaceratus
et sanguine cruentatum fuit. Lingua
eius aceto et felle amaricata est. Unde
et eo mortuo lacus eius laceratus apertus
esset atque passus est in omnibus mem-
bris et in omnibus sensibus delicati sui
corpore. ¶ Tertio fuit passio christi
dolorosa propter passionis quanta

No.
3.

tem. Passus quidē est ignomi-
 ose primo rōe ppli. s. iudaei
 cui tot mirāda stulerat bñficia
 ¶ An ecclia cātat lamētādo ista
 die in psona xpi illud Michae.
 vi. c. Dpse meus qd feci tibi aut
 i q molesti fui: rñde michi. q. d.
 ptes tuos iacob cū filiis in egypto
 p Joseph nutritiui famis tē
 pe ne pires. Et post tpa multi-
 plicatos sup numerode dura ser-
 uitate egyptioz te eduxi. A flas-
 gellis quib' egyptū totam pcul-
 si te liberū feci. ¶ Adare rubz ti-
 bi apui vt p eum sicco vestigio
 trāsires. Pharaonē aut' cum ex-
 ercitu suo submersi. ¶ Per qdra-
 ginta ānos te paui mana de ce-
 lo pstito. ¶ Aquā tibi de petra es-
 duxi. ¶ Insurgētes cōtra te hos-
 tes prostrau. ¶ Terrā fluentes
 lac et mel pibus tuis a me pro-
 missas exterminatis inde trigi-
 ta regib' et plurimis natiōib' ti-
 bi largie sum. ¶ Et pri' in mon-
 tē synai legē seruandā tibi tra-
 didi. ¶ A captiuitate septuagin-
 ta annoz propter scelera tua in
 babilone te liberās ad propria
 sub hesdra et neemia et zoroba-
 bel reduxi. Ecce qd feci tibi. re-
 sponde q michi si tanta bñficia
 a me tibi collata hāc tales retri-
 butionē meruerint vt me cruci-
 figeres. Ergo ex genere tuo car-
 nē sumes descēdi de celo vt tibi
 frater essem. Ego sp docui in sy-
 nagoga et in tēplo ea que te sal-
 uū facere possent: ego cecos tu-
 os illūinaui: leprosos mundau.

claudos erexi: obsessos a demo-
 nibus liberaui: surdis auditus
 restitui: mutis loquelā: infirmis
 varijs sanitatē: mortuis vitā. nū-
 qd in his molesti fui: pcepta de-
 claraui: errores cōfutaui: vicia
 rephendi. Quid vltra facere po-
 tui et nō feci. ¶ Secūdo passus ē
 xps ignominiose rōne ipis. Erat
 ei tūc solēnitas pasce seu azimo-
 rū q erat pcpua sup oēs alias.
 In q tenebant' ex lege iudei ve-
 nire de qbuscūq' ciuitatib' et lo-
 cis in ierlm ad tēplū ad sacrifici-
 um offerendū: nisi legitimā ha-
 berēt ipedimentū. Et qz p vari-
 as captiuitates eoz erāt sat' dis-
 spsi p orbē et in italia et in astaz
 et i africavt pz Actūā. ij. c. de ci-
 natiōe. Quenerāt in ierlm ad illud
 festū. Quāto aut' qz cōdemnat' ad
 mortē propter maleficiū cō-
 currēte multitudine ppli tanto
 maior ei insurgit pena cōfusiōis
 et erubescētie. Cōsiderat em q
 qlibet vidēs narrat alijs: et si p-
 egrin' est reuersus in patriā su-
 as refert et diuulgat ciuitati sue
 de illo malefactore et ignomio-
 sa punitiōe. et sic vbiq' ifamia
 diuulgatur. Propterea inscrip-
 tus fuit titul' sup crucez. Ihus
 nazaren' rex iudeoz. Lris gre-
 cis. hebraicis et latinis. q. d. hec
 est cā passiois hui' qz vsurpauit
 sibi regnū iudeoz faciēdo se re-
 gē et prohibēdo tributa dari ce-
 sari. ¶ Tertio passus est xpus
 ignominiose rōne loci. qz cruci-
 fix' est in loco vilissimo. s. in mō

te caluaria qui sic nominatus est
 quia ibi erant ossa mortuorum et cal
 uarie et alia cadauera et ibi occi
 debantur vitissimi homines et male
 factores. Et ut dicit Nicolaus de
 lira. Non est noia locus ille cal
 uarie a caluaria. Adde ibi sepul
 ti ut dicunt quidam. quia ad hunc fuit sepul
 tus in hebreo: ut habet Josue. xiiij. c.

Propter quod hebron dicebatur anti
 quitus caristhabzer. id est ciuitas quatuor
 tuorum: quia quatuor magni patriar
 che fuerunt ibi sepulti cum uxori
 bus. Adam et eua. Abrahama et sara.
 Isaac et rebecca. Jacob et Lia.

4. Quarto Christus passus est igno
S. minio se ratione consortij. quia cum la
 tronibus et sceleratis. Quinto
 passus est ignominio se ratione sup
 plicij. quia crux supplicium erat latro
 num. ut Crisostomus dicit.

Quod omnes creature inducunt
 aios hominum ad flendum pro mor
 te Christi necnon et pie mulieres at
 que ipse Iesus crucifixus. La. iij
 Tertium mysterium contemplandum
 de morte Christi dicitur pietatis.

Multa eadem sunt hodie que huma
 na corda et corporeos oculos ad
 pietatem et fletum inducunt. Ad facit
 sancta mater ecclesia in officiis diuinis
 in ceremonijs: in altarium nudati
 one: tabularum percussione: et simili
 bus. Sed propter haec tria sunt que emo
 lire debent mentes que sunt duras.

Primum est insensibilium crea
 turarum commotio.

Secundum mulierum lamentatio.

Tertium Christi Iesu dulcis iuitatio.

Primum est insensibilium creatu

raz commotio. Obscuritas que des
 solis et defectio supernaturalis que
 si quidam fletus fuit: quia in cruce ob
 scurat est sol iusticie sic et terre
 motus ille de quo dicit matheus. quia
 terra mota est. Idem et petrarum
 scissio que per se scisse sunt: de quibus
 omnibus dixi in sermone de passio
 ne in quadragesimali de penultima.

Secundum quod emollire poterunt men
 tes dicitur ad fletum pro morte Christi
 est mulierum lamentatio. Fleuerunt
 quippe hodie mulieres. Nam ut
 dicit lucas. Sequebatur illum multi
 ta turba populi et mulierum que plange
 bant et lamentabantur eum. Et ut
 scribit Iohannes. xix. c. Stabat iuxta
 crucem Iesu mater eius et soror matris
 eius maria cleopha et maria ma
 gdalene. Matheus autem ait. Erant
 autem mulieres multe a longe. scilicet
 usque virgo mater et que predicte sunt ap
 propinquassent iuxta crucem que se
 cute erant Iesum a galilea mini
 strantes ei. Inter quas erat maria
 magdalena et maria iacobi et iose
 ph mater. Et mater filiorum ze
 bedei. Quis posset sine lac
 rymis harum mulierum audire
 lamenta. Dum forte vna dice
 bat. O ihesu sanctissime fons
 omnis bonitatis: tanquam reus cum
 sceleratis es crucifixus. Alia sub
 debat. O speciose forma pre fi
 liis hominum et vbi est pulchri
 tudo tua: vbi elegantia vultus
 tui. Factus iam es deiformis tan
 quam leprosus. Altera clamabat
 suspirando et eiulando. O care
 mi nepos filij sororis mee precile

De morte Iesu Christi:—

erissime qui filios meos Jaco-
bū & Johānez vnice dilexisti. cu-
ius vba in auribus meis dulci-
ora sp̄ fuerunt sup mel & fauum
heu me cur ad hoc deueni vt te
videā vulneribus liuidū mori-
entem in cruce. ¶ At & discipu-
la illa cara magdalena q̄d refe-
rebat: q̄d referendo clamabat.
p̄te cōtemplari possum? q̄ ih̄m
inspiciēs manus cōstringebat
inde pectora cōtūdebat. Heu in-
quies p̄do m̄gr̄m meū. dñm me
vniq̄ michi pctā remisit: qui a
phariseo me defēdit: qui me ad
pedes eius sedentē tam beni-
gne docebat. O me miseraz. O
me dolentē nimīū. O magister
benigne. tu innocēs. tu sc̄s. tu
impollurus. tu segregat⁹ ab oi-
sorde sine culpa pendes in crus-
ce. ¶ Virgo aut̄ m̄r vultu squali-
da: sparso crine voce q̄ poterat
flēdo dicebat. Heu q̄ amara et
flebilis est dies ista michi mise-
re: video filiū meū vnicus inter
latrones pendentē. O fili mi s̄c̄-
cte. O fili mi lumē oculoz meoz
rum. O fili mi spes vnica vite
mee. ¶ Et vbi sunt gaudia q̄ tot ā-
nis suscepit cor meū vbi angel⁹
Gabriel. q̄ me salutauit vbi pa-
stozes q̄ te natuz mox in p̄sepio
venerūt festinantes visuri vbi
magi cum munerib⁹ ducatu stel-
le ad nos pducti vbi vox tua il-
la q̄. xxxij. ānis vsqz nunc auri-
bus meis insonuit dñ m̄rem re-
uerenter me noīabas vbi dul-
cis colloq̄a tua vbi mirac̄a tua

vbi pulchritudo tua: vbi splēdi-
da fama tua: vbi familiares tui
Dēs te reliqrūt. Ego h̄is pan-
cis comitata mulierib⁹. & Johā-
ne nō te deserui fili mi. O amā-
tissime iuuenis. O cor de corde
meo. Quid faciā. quo me vertā
video te morientē quem noues
mensibus vtero meo sine labo-
re portauit: quē pepi sine dolore
quē ablactauit vberē de celo ple-
no. plāgite meū angeli mō v̄ro
& oēs beati sp̄s. plangite celi &
cūcta celestia corpa. Plāgite ele-
mēta & oīa que fecit de⁹: plāgi-
te petre dure. Plāgite iuuenes:
plāgite senes. plāgite viri pari-
ter & mulieres. plāgite o m̄res
meū & nō sinatis me solā plan-
gere. o fili mi ih̄m hodie pro sa-
lute mūdi in cruce mori digna-
tus es. V̄is aut̄ s̄c̄s q̄ relati-
onib⁹ deflebat ego filiū. ¶ Tert-
tiū q̄d emolire pōt mentes du-
ras ad fletū pro morte xp̄i dicit
ip̄ius ih̄m dulcis inuitatio. vt ei
deuotus ait Bern̄. ¶ Clamat de
cruce xp̄s dicens. Vide hō q̄ pro
te patior. Ad te clamo qz pro te
morior: vide penas q̄bus affici-
or: vide clauos quib⁹ fodior.
Nō est dolor sicut q̄ crucior. Quā-
sit tant⁹ dolor exterior intus tū
dolor est grauior. tā ingrātū dū
te expioz. Vide o aīa qz nō pro-
pter mea sed tua pctā patior ita
vt dicere possim. O q̄nt⁹ est do-
lor capitis mei puncti & pforati
spinaz & culeis: o quant⁹ est do-
lor faciei mei. o quantus dolor

collis mei: o quantus dolor oculorum meorum. o quantus dolor perforatarum manuum mearum. o quantus dolor brachiorum meorum. o quantus dolor totius corporis mei: in quo non est sanitas. o quantus dolor oris mei: felle et aceto amaricati. o quantus dolor cordis mei propter voces et lamenta matris mee. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Verumtamen o dura mens o ferrea pectus vigetioze dolore angustior dum te hominem tam ingratus repio: fleui ego pro te vagies in cuna: fleui ego pro te sepius in oratione: fleui ego pro te toties a prima hora noctis usque nunc in hora nona: fleui dum fui captus: fleui dum fui alapa percussus: fleui dum fui cesus et derisus: fleui dum fui flagellatus ad columnas: fleui dum fui crucifixus: fleui propter dolorem: fleui propter peccata tua. Et tu non vis flere? Plange aia: plange o homo me tuum dominum: me tuum benefactorem: me tuum redemptorem: me qui te tantum dilexi ut et mori non recusaverim. Si pie sic fleueris faciam te principem gratie mee: et tandem ad vitam sempiternam te reducam.

Sabbato sancto. de conscientia.
Sermo .xlix.

Accepto cor

pore inuoluit illud in syndone munda. Scribuntur hec verba Mathei. xvi. c. Diligit sumope dominus ihesus christus mundiciam et nitorem conscientie nostre quod

mystice designat in sepultura eius quoniam suum preciosum corpus munda syndone inuolutum recodit voluit in monumento nouo. Et huiusmodi vnusquisque conari debeat omni tempore sue vite nitidam et puram retinere conscientiam. Id nichilominus primarium requirit dum corpus christi sumendum est in sacro altaris. Tunc probet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Quod homo plerique conscientiam presumptuosam habentes cum peccato mortali concitare non erubescunt. Alii vero conscientia scrupulosa verari facientes quod in se est. Illic trepidauerunt timore ubi non erat timor et sic concitare omittunt. Idcirco in presenti sermone de conscientia dicemus. De qua tria mysteria proponimus declaranda.

Primum dicitur ligationis

Secundum cognitionis

Tertium remediationis.

Quomodo conscientia obligat ad faciendum vel non faciendum: et de septem causis erroris conscientie. **Lapsum. i.**

Primum mysterium declarandum de conscientia dicitur ligationis. in quo videre debemus: ad quid conscientia liget vtrumque vis liget ad omne quod dicitur. Et ad hoc intelligendum notanda sunt tria.

Primum notandum secundum thomam in secundo sententiarum. quod conscientia habet ortum ex naturali iudicio rationis quod dicitur lex intellectus et ab eo est deducta et derivata ut quedam conclusio

No: verbi gratia fit in anima vlt
 in mente hois quasi quida sillo
 gismus. Cuius maiore pmittit
 Sanderis dicēs. De malū esse
 vitandū. Ad maiore hui? sillogis
 mi assumit rō superior dicēs: ad
 ulteriu esse malū: qz prohibitus
 est a deo. Rō vero inferior dic
 adulteriu esse malū: qz vel est in
 iustum vel qz est inhonestū. Cō
 scientia ho infert pclusiones di
 cens et concludēs ex supradictis
 Ergo adulteriu est vitandū. p
 pterea dicit pscia quasi conclud
 dens scientia eo q pscia ratio
 ne supradictor. s. Sanderis rō
 tionis superioris. et rationis in
 ferioris. conclusionem infert.
 An Hugo. li. ij. de aia ait. Con
 scientia est cordis sciētia. vñ di
 citur conscientia quasi cum alio
 scia. Cō Sēdm notandus q tri
 plex est actus pscie. ¶ Prim? est
 testificari in pterito inq̄tū psci
 entia phibet testimoniū. sicut il
 lud in quo est scriptum aliquid
 illud testificat siue bonū sit siue
 malū. vnde Apostolus ad Ro
 manos. ij. c. Testimonium red
 dente illis pscia eorum. ¶ Et au
 gu. xi. q. ij. c. Custodi. Qñ deus
 iudex erit alius testis qz cōscia
 tua non erit inter iustū iudices
 et cōsciam tuam noli timere ni
 si causam tuā. ¶ Sēds actus cō
 scientie est accusare et excusare
 reprehēdere et remordere d ma
 lo cōmissō et bono omisso. vñ
 Augu. xi. q. ij. In cunctis. Quē

pscia defendit liber est inter ac
 cusationes. Et liber sine accusa
 tione esse nō pot si sola cōscien
 tia intus accuset. Iste actus pot
 dici examinatio inq̄tū cōscia ex
 aminat que iā facta sunt an sint
 recta vel nō recta. an benefacta
 vel malefacta. Et qñ p examia
 tionē inuenit id quod factus est
 discordare a pscia a qua exami
 nat dicit pscia remordere vlt ac
 cusare. Qñ inuenit id qd factū
 est pcessisse scdm formā pscien
 tie dicit conscientia defendere et ex
 cusare. ¶ Tertius actus pscie ē
 ligare vel soluere. Nam pscien
 tia obligat ad pctm: qz oē quod
 fit contra psciam etiam si sit bo
 num pctm est. ¶ An Apostolus
 ad Roma. xij. c. De quod non
 est ex fide pctm est. Super quo
 verbo Ambro. in gl. De quod
 fit etiā si in se et de se sit bonū et
 tñ non sit ex fide. i. cōtra pscias
 vt scz credamus esse malum pec
 catum est. ¶ Et. xvij. q. i. c. oēs
 s. sequenti dicit. Omne quod ē
 cōscientiā est edificat ad gehē
 nam. vbi dicit glo. contra consci
 entiam scz pcepti vel prohibiti
 onis hoc est pprie facere contra
 conscientias. id est facere d illud qd
 cōscientia dicitat esse in pcepto:
 vel prohibitione. ¶ Tertiu no
 tandū scdm Bonauē. di. xxxix.
 secūdi. Quod pscia aliqui dicitat
 aliquid quod est scdm legē dei
 Aliqu aliquid quod est pter le
 gem dei. Aliqu aliquid quod est

contra legem dei. Et loquitur
 hic de dictamine per modum pre-
 ceptionis vel prohibitionis non
 per modum consilii siue persua-
 sionis. In primis quidem conscientia
 simpliciter ligat et uniuersaliter
 pro eo quod ad illa homo ligatus
 est per legem diuinam et conscientia que
 illi concordat ligatum ostendit. In
 secundis vero conscientia ligat quod
 diu manet. Vnde vel tenetur homo con-
 sciam deponere: vel tenetur id
 quod dicitur conscientia adimplere
 utpote si dicitur necessarium est ad
 salutem festucam de terra leuare.
 In tertijs vero conscientia non li-
 gat ad faciendum vel non facien-
 dum. sed ligat ad se deponendum
 pro eo quod cum talis conscientia sit
 erronea errore repugnante le-
 gi diuine necessario quod diu ma-
 net ponit hominem extra statum
 salutis: et ideo necesse est ipsam
 deponere. Quia siue homo fa-
 ciat quod dicitur siue eius oppo-
 situm mortaliter peccat. Si enim homo
 faciat quod conscientia dicitur et
 illud est contra legem dei et fa-
 cere contra legem dei sit mor-
 tale peccatum absque dubio mor-
 taliter peccat. Si vero faciat op-
 positum eius quod conscientia
 dicitur ipsa manente adhuc pec-
 cat mortaliter non ratione ope-
 ris quod facit sed quia malo
 modo facit. Facit enim in con-
 temptum dei dum credit dictam
 se sibi conscientia hoc deo dis-
 placere quousque deo placeat. Nam
 non tantum attendit deus quod

homo faciat: sed quo animo fa-
 ciat. Et iste qui facit quod deus iubet
 credens facere contra dei volun-
 tatem non facit bono animo
 sed malo et ideo peccat mortali-
 ter. Et sic patet quod omnis con-
 scientia aut ligat ad faciendum
 quod dicitur: aut ligat ad se de-
 ponendum. Non tamen om-
 nis conscientia ligat ad faci-
 endum quod dicitur. Sicut illa
 que dicitur non esse faciendum
 illud ad quod homo alias tene-
 tur. Sed talis conscientia dicitur
 erronea. Sciendum tamen
 quod conscientia errat duobus mo-
 dis: scilicet ex falsa assumptione
 et ex falsa applicatione. Et primo
 ex falsa assumptione: puta
 quando aliquis assumit aliquid
 malum tanquam bonum vel falsus
 tanquam verum. Sicut hi qui occi-
 debant apostolos dicebant con-
 scientia quod ex hoc placerent deo
 vnde Iohannis .x. ca. dixit. Chri-
 stus venit hora in qua omnis qui
 interficit vos arbitretur obse-
 quiium se prestare deo. Secundo
 errat conscientia ex falsa ap-
 plicatione. Sicut cum ex aliqui-
 bus veris aliqua conscientia er-
 ronea formatur: verbi gratia
 ex hoc quod deus est super omnia
 diligendus aliquis format sibi
 hanc conscientiam: scilicet quod ni-
 hil potest simul diligere cum eo.
 Et sic est erronea conscientia
 circa obligationem votorum. Nam
 per hoc quod dicitur vouete et reddi-
 te domino deo vestro, aliquid erroneam si-

hi formant conscientiam tenentes vota fore indispensabilia. Et cum multa vota que de facto non tenent aut que stulta et irrationabilia. Aut que ad implendum impossibilia dicunt fore de necessitate sua da. Similiter habent conscientiam erroneam illi qui infirmi aut satis debiles volunt ieiunare diebus illis quibus ecclesia aut aliqua regula precipit ieiunia et similia. Et ut inquit Tho. in questionibus de veritate. q. xvij. Quaedam conclusiones sunt in quibus ita reluctet prima principia operandorum quod circa ea conscientia errare non potest. Sicut deum non esse diligendum; malum scienter esse faciendum et huiusmodi. Et quedam alia sunt circa que errare potest et errat: ut ex dictis patet. Exemplum etiam potest poni de eo qui facit id quod habet specie malum non sit malum existimans sibi sufficere intentionem bonam quam habet non curans de scandalo proximi. Sicut faciebant quidam in ecclesia primitiva fideles qui comedebant ydolotica sed non in venerationem ydoli tantum coram simplicibus qui inde scandalizabant illos imitantes: sed in venerationem ydoli quod estimabant alios facere. Quos reprehendit Apostolus ad Romanos xiiij. c. Ad clariorem adhuc intelligentiam nota sunt Tho. in secundo sententiarum di. xxxix. Quod conscientia non obligat in virtute propria sed in virtute precepti divini. Quod patet quia non dicitur aliquid esse faciendum vel non faciendum hac ratione quia sibi videtur vel non videtur: sed

sub hac ratione quia est a deo preceptum vel prohibitum. Nullus autem ligatur per preceptum aliquid nisi mediante scientia illius precepti. Et ideo ille qui non est capax noticie precepti non ligatur precepto. Nec aliquis ignorans preceptum dei ligatur ad preceptum faciendum: nisi quantum tenet scire preceptum. Si autem non tenet scire nec scit nullomodo ex precepto ligatur tenet autem quilibet habens usus rationis scire precepta dei nec excusat non faciendum illud ex ignorantia. Ad maiorem evidentiam predictorum: sciendum quod error conscientie causatur ex septem causis. Prima est ignorantia. Secunda negligentia. Tertia inordinata affectio. Quarta pusillanimitas. Quinta superbia. Sexta pplexitas. Septima humilitas. Primo causatur error conscientie ex ignorantia. scilicet cum ratio apprehendit malum sed ratione boni ut est predictum: et bonum sub ratione mali. Et si ignorantia illa sit iuris naturalis aut divini nullum excusat habentem usum rationis. Secundo error conscientie causatur ex negligentia cum quis est negligens ad discere cum potest ea que pertinent ad reformationem anime. An Aug. xxxvij. di. c. finali dicit. Illis omnino ignoscitur non poterit que habentes a quo disceret opera non dederunt. Tertio causatur error conscientie ex inordinata affectione cum enim quis inordinate et satis ardentem afficit ad huius seculi bona et satisfacere cupit passionibus seu

sualitatis precipitat conscientias et
 sic falso et cum errore iudicat pec-
 cata non esse peccata: aut non satis graviora
 Sicut faciunt usurarii: superbe et
 popaliter mulieres: adulteri et
 reliqui similes. pro quibus seneca
 in proverbiis ait. perit omne iudi-
 cium cum res transit in affectum.
Conscientia quippe nimis dilige-
 tus temporalia ista est nimis larga.
 Quarto error conscientie causa-
 tur ex cordis pusillanimitate:
 qua quis timet non timenda secundum
 rectum iudicium rationis et talis con-
 scientia est nimis stricta et peri-
 culosa. Nam facit de festuca tra-
 bem: id est de levi peccato grave ge-
 nerat desperationes: dicitur sal-
 uandum. Quinto causatur error
 conscientie ex superbia. scilicet quando quis non
 humiliat intellectum suum ut velit
 melioribus. prudentioribus: et super-
 oribus credere. Ma conscientia in-
 differenter tenet secundum discretio-
 nem prelati formare. Quamvis
 enim in hijs que sunt precepta vel pro-
 hibita a deo conscientia recta plus
 obliget quam preceptum superioris
 eo quod obligat virtute precepti di-
 uini: quod est maius precepto prelati
